Notandū insuper q̄ Xbū designat cōpōnem p̄dicati cū subiecō. ītē ipam rē importatā p Xbū significat. sicut curro significat cursū. Cōnotat et tēpus ⁊ modum: sicut curro ē p̄ntis tpis et indicatī modi: et scōm hoc ponit auctor quattuor modos Xbales: quidam eñ aduerbialiter determinat verbum gratia cōpositionis: vt illa sex: necessario: cōtingens: possibiliter: impossibiliter: vero ⁊ falso. Cū enī dicit homo currit: necessario significat

ꝙ compositio cursus cum homĩe sit ne-
cessaria. De istis aũt est pñs intentio qꝫ
sola illa faciunt ꝓpõnem modalẽ. Alia
determinãt verbũ g. atia rei verbi: vt cũ
dicitur homo currit velociter: denotaẽ:
ꝙ cursus homĩs sit velox: non autẽ ipa
compositõ. Alia determinãt verbũ rati-
one tẽporis: vt aduerbia tẽporalia. alia
rõe mõi: vt aduerbia optãdi ꝫ hortãdi.

Circa quod notãdũ ꝙ alia ad-
uerbia õ q̃
bus non fit hic mentio reducũtur ad ali
quod ꝓdictoꝝ: vt aduerbia loci ꝫ nume
ri cõtinẽtur sub aduerbijs determinãti-
bus verbũ gratia rei ℞bi: vt cũ dicitur:
sortes currit bis: ly bis nõ determinat
verbũ gratia numeri singularis qui est
modus significãdi verbi: sꝫ gra rei ver-
bi importate ꝑ verbum. s. ipius cursus.

Si quer̃ quare nõ ponũtur aduer
bia determinãtia verbũ
gra figure generis ꝫ ceteroꝝ accidẽtiũ:
sicut ponũtur rõne mõi et temporis?
℟. ꝙ cetera accidẽtia queniũt alijs a
verbo: nec sũt ei ita ꝑpa sicut tempus ꝫ
modus. Sumũtur aũt illi sex modi qñ-
q̃ nomialiter: vt possibile: impossibl̃e:
necessariũ et cõtingẽs: veꝝ et falsũ. Alli
qñ aduerbialiter: vt possibiliter: impossi
bilr: ptingẽter: ꝫ necessario: ℞o ꝫ falso.

Einde determinat auctor quid
õ sit ꝓpositio modalis: dicens: ꝙ

Propositio modalis ẽ il
la que determinaẽ aliquo istoꝝ ser mo-
doꝝ: vt possibile est sortẽ cur. necesse ẽ
sortem currere. ꝫ sic de alijs.

Circa quod notãdũ ꝙ ꝓpositõ
modalis ꝑt
sumi large et stricte. si sumaẽ large: tũc
quelibet ꝓpositio põt dici modalis in q̃
ponit modus determinãs componem:
ꝫ sic ꝓpositiones in quibus ponit verũ
ꝫ falsũ dicũtur esse modales. Stricte ãt
sumpta ꝓpositio modalis exigit ꝙ non
solum i ea ponaẽ mod⁹ determinãs cõ-
positionẽ: sed tales mõi sc̃m quos põt
sumi oppõ sc̃m quattuoꝝ genera oppo
sitionũ: varijq̃ modi cõsequẽtiarũ per
subalternationẽ et negationis appõez:
vt in sequẽtibus videbitur. Et sic tantũ
isti quattuoꝝ mõi possibile: impossibile:
contingẽs et necessariũ faciũt ꝓpõnem
modalem. In alijs aũt nõ sic sumiẽ op-
positio et cõsequẽtia a ꝑte mõi: sed hñ a
ꝑte dicti: sicut in illis de inesse. Ocham
tamẽ põit plures alios modos sc̃m q̃s
pñt sumi oppões et cõseq̃ntie: vt scibile
demõstrabile dubitabile indemõstrabi-
le opinabile inopinabile: et sic de mult⁹
alijs de quibus aristo. breuitati studẽs:
nõ fecit mẽtionem. qꝝ ex his' que õ istis
quattuoꝝ dicũtur põt concipi quid sit di-
cendũ de alijs non famosis. ¶ Diuidit
ergo auctor ꝓpõem cathegoricam in ꝑ
positionẽ modalem ꝫ in ꝓpõem de in-
esse. Dicit etiã ꝙ in modalibus verbuꝫ
debet subici: modus autẽ predicari.

Circa quod notãdũ ꝙ ꝑ ℞bũ i
telligit ver
bum infinitiui modi cũ actõ: qõ etiam
vocaẽ dictũ: quod quidẽ debet subici:
modus aũt ꝓdicari: non quãtum ad sitũ
terminoꝝ: vt patet in exemplis auctor⁹
positis: in q̃bus sepe modus a ꝑte subie
cti ponitur. Nõ accipitur itaq̃ subici in
ꝓposito ꝑ subiecto ꝓpositõnis: sed pro
ratione determinabilis. Dictũ enĩ affir-
matiuũ vel negatiuũ qõ ab aristo. dicit:
esse vel nõ esse est determinabile. Mo-
dus aũt est determiatio ipm dcm̃ deter-
minans: et sic esse et nõ esse dicũtur sub
iectiones et modi appositiones.

Notandũ insuꝑ ꝙ ꝓpõ modal' po
test capi dupliciter: vel
in sensu composito: vel in sensu diuiso.
vt ista: possibile ẽ sedẽtẽ ambulare. vel
ista. sedẽs potest ambulare. In sensu eẽ
cõpositõis ꝑ se extremũ est hõ vel ꝑso-
na sedẽs cõsideratus sub illa determia
tiõe sedẽs. Et ille sensus est fals⁹. quia
tũc idẽ posset esse simul sedens ꝫ ambu-
lãs. In sensu enĩ diuisiõis sũt due cathe
gorice: ꝫ ĩ vna cathegorica enũciatur õ
ꝑsona aliqua esse sedẽs: ꝫ in alia posse
ambulare: ꝫ illa duo sunt vera de eodeꝫ
subiecto. vt sortes est sedens: et sortes
potest ambulare: non tamen ita ꝙ sunt

esse pñt opposita. Unde sensus est q̄ ille qui ẽ sedẽs habet potẽtiã ad ambulãdũ. Hoc mõ exponit a Scoto: illa p̃destinatus põt damnari. dist. 40. p̀. sen. que in sensu composito est falsa.: ⁊ in sensu diuiso vera: vt ibidẽ diffuse declarat.

¶ Tractat cõsequẽter auctor de qualitate modalium. Circa quod dicit q̄ quilibet modus facit quattuor ꝓpositiones modales: vt iste modus possibile si sumatur sine negatõne lata ad modum et ad verbum infinitum erit ꝓpositio affirmatiua tam de dicto q̄ de modo: vt sortem currere est possibile. Si vero negatio sumat tm̃ ante verbum infinitiui modi erit negatiua de dicto: vt sortem non currere est possibile. Si ℞o negatõ pre ponit tm̃ ad modũ erit negatiua ỽ mõ. vt sortem currere nõ est possi. Si vero negatio preponatur vtriq; erit negatiua tam de dicto q̄ de modo: vt sortẽ nõ currere nõ est possibile.

Notandũ circa illõ q̄ licet illa modalis possit dici negatiua in qua dictũ negatur ſm Arist. in libro ꝓior: p̃ncipaliter tamẽ dicit negatiua ex pte mõi negati a q̄ ipa ꝓpõ dr̃ modal

Notandũ vero de q̃ntitate ipaꝝ: q̄ licet ex parte dicti põt sumi q̃ntitas: sicut in ill de inesse: Ex pte aũt mõi necesse se habet sicut omnis: et possibile vel contingens. sicut quidã. Unde sicut ad omnis sequitur quidaz: q̄ legẽ subalternaz: sic ad necesse sequit possibile: Impossibile aũt se habet sicut nullus et possibile: non sicut quidã non Uñ sicut ad nullus sequit quidam nõ: sic ad impossibile sequitur possibile nõ: vt ad istam: impossibile est sortẽ currer: sequit ista: possibile est sortẽ nõ currer. ℞opões igit de necessario ⁊ impossibili sunt vles ex pte modi: ꝓpositões ℞o de possibili et ꝓtingẽti sũt ꝓticlares

Sciendũ q̄ ꝓtingens põt sumi mltipliciter: vt patet p Arſ. in ꝓmo li. posterioꝝ. Uno mõ ꝓtingens sumit p possibili: vt in ꝓposito: ⁊ tale põt dici cõtingẽs altũ seu superius. q; ẽ quasi genus ad alia ꝓtingentia: ⁊ tle cõtingẽs opponit impossibili ⁊ nõ necessario. Uñ tale ꝓtingẽs vel possibile dicit cui nõ repugnat eẽ: ⁊ diuidit in ꝓtingẽs necessariũ: vt oẽm hoẽm ꝓtingit eẽ animal: ⁊ in ꝓtingẽs nõ necessariũ: qõ potest dici cõtingẽs ad vtrunq;: vt hoẽm ꝓtingit ambulare: ⁊ tale nec est necessarium nec impossible. Et subdiuidit cõtingens natum: ⁊ cõtingens infinitum. Dicit aũt cõtingens natum qõ magis se habet ad eẽ q̄ ad nõ eẽ: tñ impediri põt vt hominẽ canescere in senectute: quod põt impediri: vel q; nõ erit senex: vl etiam ꝙa si sit senex poterit nõ canescere. Cõtingens ℞o infinitũ est qõ nõ magis se hz ad eẽ q̄ ad ñ eẽ: vt hoẽm ambulãr.

De consequentijs.

Arũ cñi ꝓpositõnũ.

Hic cõsequẽter auctor determinat de consequẽtijs ⁊ equipollentijs modaliũ. Dicũtur aũt eq̃pollẽt ⁊ ꝓñe: q; vna sequit ad aliã et de his ponũtur quattuor regule.

℞o cuius euidentia notãdũ q̄ per attribui intelligit affirmari: p remoueri intelligit negari. dictũ etiã affirmatiuũ dicitur eẽ ℞bum infinitiuum sumptũ cũ accusatiuo sine negatõne: vt sortem currere vel eẽ currentem: ⁊ dcm negatiuũ dicitur nõ eẽ: vt sortem ñ curr. vel nõ eẽ currentem.

Item notandũ q̄ iste quatuor regule: ⁊ p cõsequns tota figura sciri pñt per has quattuor dictiões: amabimus: edentuli: illiace: purpurea. ꝑma defuit ꝑme regule: secũda secũde: tercia tercie: quarta quarte. Et sunt in qualibet dictõne quattuor vocales seruientes quattuor ꝓbus cuiuslibet regule: ita q̄ p ꝑmã intelligit prima ꝓpositio: p secũdam secũda: p terciã tercia: p quartam quarta. Item p a intelligitur q̄ propositio intellecta p illã vocalẽ ẽ affirmatiua tã de dcõ q̄ ỽ mõ: p v negatiua tã de dcõ q̄ de mõ: p e negatiua de dicto: per i negatiua de modo.

uersus. Destruit v totum: sed a confirmat vtrunq;. Destruit e dictum: denegat iq; mõm. His pmiss rle sũt euidẽs

Prima regula talis est: cuicunq; dicto affirmato attribuit possibile: ei dẽ attribuitur contingens: t ab eodem remouetur impossibile: t ab eius cõtradictorio oppositio remouetur necesse: vt possibile ẽ sortem currere: ergo contingẽs est sortem currere. q: possibile t cõtingẽs in ꝓposito sumũtur ꝑ eodez. Et vt vltra sequitur: non impossibile ẽ sortem currere. Cũ enĩ possibile et impossibile cõtradicãt: sicut nullus t quidam: eãpollebũt tñ ꝓponẽdo negatõ ẽ vni illoz iuxta regulas equipollentiarũ. Bñ ergo sequitur: possibile ẽ soz. cur. ergo nõ impossibile est soz. cur. Et vlteri9 seq̃tur: nõ necesse est sortẽ nõ currere. Qz̃ ex hoc patet q: necẽ t possibile opponũtur subalterne: sicut oñis t quidam. Equipollebũt ergo ꝓponẽdo et postponendo ſm regulas equipollentiaꝝ. Et sic possibile est sortem currere t non necesse ẽ sortem nõ currere: equipollent.

Secũda regula talis est: cuicũq; dicto negato attribuitur possibile: eidem attribuit cõtingens: ab eodem remouetur impossibile: et ab eius cõtradictorio oppositio remouet necesse: vt possibile est nõ eẽ: cõtingens ẽ nõ eẽ: ñ impossibile ẽ nõ eẽ: non necesse ẽ eẽ. Ista regula de consequẽtibus potest patere per ea que dicta sũt ꝓponendo t postponẽdo negatões modis: sicut fit in signis ſm reglas equipollentiaruz: t ista applicatio magis valet ponẽdo moduz a parte subiecti q̃ a pte ꝑdicati ſm conformitatem ad signa.

Tercia regula est: a quocunq; dicto affirmato remouetur possibile: ab eodẽ remouet ꝓtingens: eidẽ attribuit impossibile: et eius ꝓtradictorio oppositio attribuit necesse: vt nõ possibile ẽ eẽ. nõ ꝓtingẽs est eẽ: ipossi9 ẽ eẽ: ncẽe ẽ ñ eẽ.

Quarta regula ẽ ista: a quocũq; dicto negato remouet possible: ab eodem remouetur cõtingens: eidẽ attribuitur impossibile: t eius ꝓtradictorio oppositio attribuitur necesse. Exẽplum: vt nõ possibile ẽ nõ eẽ: nõ ꝓtingẽs est ñ eẽ: impossibile ẽ non eẽ: ncẽe est eẽ.

Et sciendũ q̃ oñes ꝓpões q̃ sunt ĩ prima linea equipollent ꝑ primã regulam: et que in secunda per secundam: et que in tercia ꝑ terciam: et que in q̃rta ꝑ quartam.

Circa quod notanduz q̃ in figura sequenti sunt quattuor linee circulares: t est hec figura composita ad similitudinẽ figure propositionũ de inesse: vt pateat oppositio modaliũ ꝑ conformitatem ad illas de inesse: ita q̃ in ꝑma linea superiori ponũtur vniuersales affirmatiue: ĩ secũda vniuersales negatiue: in ꝑma xo linea inferiori ponũtur ꝑticulares affirmatiue: in secũda ꝑticulares negatiue. prima aũt linea ĩ ꝓposito oꝝ ꝑma linea inferior. q: ĩ ea ponũtur ꝓpões ꝑme regule. secũda xo linea est secũda inferior q: in ea ponũtur ꝓpões secũde regule. tercia xo linea dicit secũda superior: q: ĩ ea ponũtur ꝓpões tercie regule. t quarta linea dicit ꝑma superior. q: in ea ponũtur ꝓpões quarte regule. Notificat insuꝑ auctor eãpollẽtias modaliũ ꝑ vnaz aliam regulam trimembrem dicens: q̃

oẽs ꝓpões de possibili t ipossibili eãpollẽt xbo silr se hñte: mõ autẽ dissilr. t itelligit ꝑ xbũ ipm x̃m infinitũ mõi q̃ silr se hz q̃ĩ vtraq; affirmat: t ĩ vtraq; negat. Dissilr se hz q̃ affirmatur ĩ vna t negat ĩ alia: t idẽ dicẽm ẽ mõ. Cã h9 ꝑme ꝑtis regule ẽ: q: possi9 t ipossi9 ꝺdicũt: sicut q̃dã t null9. Sicut ꝫ ꝓponẽdo negatõnem sig̃ ꝺdictorie eãpollẽt ĩ illis de ineẽ ꝑ ꝑmã regulã equipollãtiaꝝ: sic ĩ ꝓponẽdo mõ. Negat enĩ quãtitas t q̃litas cũ negatõ cadat supra modũ et sup copulã ꝑncipaliẽ vnientez mõ dictũ. vñ iste eãpollẽt: possi9 est eẽ: ñ ipossibile ẽ eẽ. Secũda ps h9 regle ẽ q̃

oẽs ꝓpões ꝺ ipossibili t necessario equipollẽt modo similiẽ se habẽte t xbo dissimiliẽ. Unde iste eãpollẽt im

possibile ẽ esse· necesse est nõ esse: cuius causa ẽ. qz necesse ꝛ impossibile cõtrariãtur: sicut oñis ꝛ null⁹. sicut ergo ꝑ secũdã regulã eq̃pollentiaꝝ negatio postposita facit eq̃pollere cõtrarias in illis de inesse: sicut in istis negatio postposita ad verbum infinitiui mõi: cum neget solã qualitatẽ dicti: nõ aũt negat quantitatẽ mõi: cũ actus eius terminet in ipsa cõpõe ptiũ dicti: nec trãseat vsz ad mo^m


Tercia ps huius regule est: ꝙ oñes ꝓpositõnes de possibili et necessario equipollent mõ et verbo dissimiliꝝ se habẽtibus. Cuius causa est. qz necesse et possibile se hñt subalterne: sic omnis et quidã. sicut ergo ꝑponẽdo ꝛ postponẽdo negationẽ subalterne eq̃pollẽt in illis de inesse per terciã regulã equipollentiarũ sic in ꝓposito. Vñ iste equipollẽt: possibile ẽesse: nõ necce ẽ nõ ee.

De oppositõe modaliũ.

Deinde agit auctor de oppositõe modaliũ ex pte modi: dicens ꝙ

Propositõnum modaliũ alique sũt cõtrarie: aliq̃ subcõtrarie: alique ꝓtradictorie: ꝛ alique subalterne. Quart⁹ ordo ꝛ tercius ꝓtrariãtur: scz: ꝓpositionis ordinate in tercia ꝛ i quarta linea. vt patet ꝑ hũc ℞sum. Terci⁹ est q̃rto semp ꝓtrarius ordo. Hoc patet sic: qz vniuersal' affirmatiua ꝛ vlis negatiua ꝓtrariãtur. Oñes aũt ꝓpões quarti ordinis sũt vniuersales affirmatiue ỏ mõ. Equalet eñ isti necesse ẽ esse: ꝛ omnes de tercio ordie sunt vles negatiue. Vñ eq̃alẽt isti: impossibile est ee: ꝛ sic cõtrariãtur. Prim⁹ aũt ordo ꝛ secũdus subcõtrariãtur. Vñ ℞s⁹. Sit etiã linea subcõtraria ꝑma secũde. hoc mõ patet: qz ptcularis affirmatiua et ptcular' negatiua subcõtrariãtur. Oñes aũt ꝓpositiones ꝑmi ordinis sũt ptculares affirmatiue. vnde equiualent isti: possibile ẽ esse: ꝛ oẽs secũdi ordis sũt ptclares negatiue: vñ eq̃alẽt isti: possibl'e ẽ nõ ee. qz subcõtrariãtur. Itẽ ꝑm⁹ contradicit tercio. se enĩ habẽt sicut ptcularis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua. secũd⁹ etiã cõtradicit q̃rto cũ se habeãt vt ptcularis negatiua et vniuersalis affirmatiua. Unde versus. Tercius est primo cõtradictorius ordo. Pugnat cũ quarto cõtradicendo scõo. Itẽ prima linea subalternatur 4ᵃ. habent eñ se sicut ptcularis affirmatiua ꝛ vlis affirmatiua: ꝛ secũda subalternatur tercie: cũ ꝓpões posite in tercia sint vniuersales negatiue. Vñ versus. Prima subest quarte vice ptcularis habens se. Hac habet ad seriem se lege secunda sequentem.

Et notandum ꝙ licet contingens sequat ad necesse ꝓut contingens cõuertit cũ possibile: ꝛ ẽ superius ad necesse: sicut aial sequit ad hoẽm: accipiẽdo tamẽ cõtingens ꝓ illo quod põt nõ esse nõ sequit ad necesse immo sibi repugnat. Hec de modalib⁹.



De predicabilibus siue vniuersalibus.

Predicabile sumit. &c.

Hic auctor incipit agere de predicabilibus siue vlibus. Ad cuius euidentiã diuidit ipm predicabile in predicabile ꝑpe sumptũ & cõmuniter. Predicabile ꝑpe sumptũ est aptum natum dici de plurib⁹ vniuoce. Predicabile vero cõmuniter sumptum est qõ de vno solo vel de plurib⁹ predicatur. De predicabili ño ꝑpe sumpto est p̃ sens intentio: qõ est idem q vniuersale fm rem: differẽs tamẽ fm rationẽ. Ratio eñ predicabilis sumitur ab hoc q est dici de pluribus. Ratio ño vniuersalis p hoc qõ est eẽ in mltis. vle enĩ dicit qõ est aptũ natũ eẽ in pluribus. Pro quo notãdũ q vniuersale cũ sit vnũ conceptũ pot capi dupliciter. vno mõ p se significato qõ est vniuersalitas et secũda intentio: que scz est quedã relatio rationis in predicabili ad illud de quo est predicabile: & hunc respectũ rationis significat hoc nomẽ vniuersale in cõcreto: sicut vniuersalitas in abstracto. Alio mõ sumit vniuersale p illo qõ denominat ab ista intentõne vlitatis: que est aliqua res ꝓme intentõis. Et sic ipa natura q̃ est in singulari dicit vle: quatinus nõ est de se hec. Qõ autẽ hic dicit de hoc termino vniuersale: pt sil'r dici de alijs terminis secũde intẽtõnis fingendo etiã ipis abstracta: vt genus significat secundam intentionẽ in concreto: & generalitas in abstracto: & sic de alijs.

Notandũ insup q licet ipa natura que est in aliquo singlari sit ita eois q sibi nõ repugnat esse ĩ alia singularitate q̃tũ ẽ de se: licet sibi repugnet: vt facta ꝑpa isti p indiuiduale differentiam ipam cõtrahentẽ: nõ tñ ita cõmunis q sit in potentia ꝑpinqua q predicetur de multis actu. Eñ ipa natura licet non sit in re sine singularitate: tamẽ de se nec includit singularitatẽ nec vniuersalitatẽ. Eq̃nitas enĩ fm Auicẽ. est tñ equinitas: nec est vna nec plẽs: hoc est nec includit quãtum est de se vnitatẽ singularitatis: nec pluralitatem vniuersalitatis: hoc tamẽ nõ obstante: cum oñe ens sit vnũ ipa natura habet ꝑpaz vnitatem que ẽ eius passio. Hec est vnitas maioz vnitate vniuersali: & minoz vnitate numerali: qõ sic pot ꝓbari. Similе et equale fundantur sup vnum ex 5. metaph ĩce: sed nllo intellectu exñte est realis similitudo albi ad albuz scõm albedinẽ: ergo aliqua realis vnitas est ꝓmũ fundamentũ hui⁹ rlonis realis. q relatio realis nõ fũd aĩ super ens rationis formaliter. Non est autẽ hec vnitas numeralis: patet: q: hoc albũ & illõ nõ sũt vnũ numero. q nihil vnũ numero est simile sibijpsi: ergo est aliq̃ alia realis vnitas. Itẽ si oñis vnitas realis est numeralis omnis diuersitas realis erit numeralis: Cõsequns ẽ falsũ: ergo & antecedẽs: ꝓbatio ꝓñe. q: vnũ & mlta idẽ & diuersum sũt opposita ex quarto metaphice. Totiẽs aũt dicit vnũ oppositorũ quotiẽs reliquũ: ꝓmo topicoꝝ. Et sic tã tũ differt sor. a pla. q̃tum differũt a brunello: & tũc intellectus nõ pot abstrahere a sorte & platone aliqõ cõmune magis q̃ a sorte et brunello: & tũc quodlibz vniuersale esset purũ figmẽtũ: qõ est absurdum. Cum q̃ ipa natura sit vna vnitate minori q̃ sit vnitas numeralis: sequitur q ipa de se nõ sit singularis. Et sic vniuersale est aliquid in re. Sed ꝫ hoc arguitur tripliciter. Primo sic: Intellectus agens scõm cõmentatorẽ facit vniuersalitatẽ in rebus: q̃ vle nõ est preter opationẽ intellectus. Item scõm Boeciũ de vnitate et vno. Oñe qõ est iõ est qz vnũ numero ẽ: ergo ipa natura de se est singularis. Itẽ Aristo. dicit. 7. metaphisice. q subia cuiuslibet rei est ꝓꝑa rei cuius est et nõ ineſt alteri sed ipa natura est substãtia cuiuslibet rei: ergo nõ est cõmunis sed ꝓꝑia.

Pro responsione ad ista argumenta notãdũ primo q esse ĩ intellectu ꝑt capi dupliciter. Uno modo subiectiue: vt species: actus: et habitus sunt in anima. Alio modo obiectiue et hoc dupliciter. Uno mõ habitualiter: & ꝑ: qñ

ſez ibi p ſpeciē manentē in intellectu in mediate motiuā ad intellectionē. Alio° actualiter et ſecūdario: puta quādo iam actu mouet: et intelligit. Secūdo notā dum q̄ duplex eſt vniuerſale. ſ. in potē tia et in actu. Uniuerſale in potentia eſt ipſa quiditas vel natura que eſt in re cū ſingularitate que eſt in potentia remota ad hoc vt p̄dicetur de multis. Uniuerſa le in actu eſt ipſa quiditas denudata p inte^m agētē a ſingularitate et a conditōi bus ſingularū: que nō ſolum eſt cōmu nis multis: ſed eſt in potentia ꝓpinqua vt p̄dicetur de multis. ſcōm tm̄ Ariſt. p̄mo poſterioꝝ: Ad hoc q̄ aliq̄d ſit vle req̄rit q̄ ſit vnū i mlt̄: t p̄dicet ō mlt̄: t tūc ad cōmentatorem dicētē q̄ intelle ctus facit vniuerſalitatē in rebus: Dico q̄ intelligit q̄ intellectus agens fac̄ de vniuerſali i potētia vle in actu. vt enīz dictū eſt ſecūdo cap̄. p̄me ꝑtis huius li bri. Species in fantaſia nō p̄t mouere inte^m poſſibilē ad cognoſcendū vniuer ſale actu: cum ipam rem repñtet cū con ditionibus ſingularium. Intellect⁹ igit agens cū fantaſmate cauſat ſpeciē intel ligibilem in intellectu poſſibili q̄ repꝛe ſentat ipaz naturā vel quiditatē actu ab ſtractam ab huiuſmōi conditionib⁹ ſin gularium: que licet ſit in re quantū ad id quod eſt: tam? ē obiectiue et habitua liter in intellectu inquātū repſentatur p hmōi ſpeciem. Et q̄n actualiter intelli gitur: tūc ē ibi actualiter: t vt ſic vniuer ſale actu eſt prima intentio et terminus cōmunis impoſitus ab intellectu ad ſi gnificandum ipm obiectum intellectū: t eſt terminus p̄me intentionis: quan do aūt intellectus compat ipm obiectū cognitū ad inferioꝛa: tūc fit illa ſecūda i tentio q̄ dicit vniuerſalitas: que nō eſt aliq̄d i re: ſz tm̄ hz eē i intellcū opante.

Notādū inſup q̄ ipa quiditas vel eſſentia ſic abſtracta p̄ in tellectū p̄t conſiderari dupliciter. Uno° in ſe: nō intelligēdo ſingularitatez: nec illā ſecūdā intentionē que dicit vniuer ſalitas. Et vt ſic cōſideratur a metaphi ſico: et exp̄mitur p diffinitionē: t ē obie ctū intellectus noſtri ꝑ ſtatu illo. Alio modo p̄t cōſiderari inquātū ſubeſt tali intentioni ſecūde: que dicitur vniuerſa litas: t ſic cōſideratur a logico. Logic⁹ enī cōſiderat ſecūdas intentōes appli catas p̄imis in quibus fundātur.

Ad ſecūdū q̄n dicebātur Om̄e quod ē. t ē. poteſt dici q̄ illud habet veritatem de re que p ſe ſubſiſtit. Ipa aūt natura nō ē hmōi: qz ñ exiſtit p ſe ſz i ſinglāri.

Contra hoc arguit: qz vt dicit Boe cius: q̄cq̄d eſt i vno numero eſt vnuz numero: cū g̃ ipa nā ſit i ſinglā ri q̄ē vnū nūero erit vnū nūero. ℞° q̄ q̄cq̄d ē i vno nūero: vt i illo lapiō ē vnū numero: vel p̄mo p ſe vl̄ denomiatiue. p̄mo vt illud p q̄ō vnitas talis cōp̄it huic compoſito. ſ. ipa drītia indiuidual̄ p ſe: vt hic lapis cuius illud quod ē p̄i mo vnū hac vnitate eſt p ſe p̄: denomi natiue tm̄: vt ipa quiditas lapidis q̄ eſt potentialis ad entitatem indiuidualem ipam denominātē. Et ideo q̄ſi de noīe reſpicit actualitatē eius et vnitatē. Si militer iſtud patet in alio ſimili manife ſtatōni. ℞oſſet enī argui ſic. Quicq̄d ē in vno ſpecie: eſt vnū ſpecie: ſed color ē in albedine q̄ eſt vnū ſpecie: ergo ē vnū ſpecie: ergo nō habet vnitatē minorem vnitate ſpeciei: ℞ō ſeq̄tur. vñ color i al bedine eſt vnū ſpecie: nō p ſe nec p̄mo: ſed denominatiue tm̄. Drītia aūt ſpeci fica eſt vna. ℞rimo qz ſibi repugnat p̄i mo diuidi in plura ſpecie. Albedo autē eſt vna ſpecie p ſe: ſed nō p̄imo: qz per aliquid intrinſecuz ſibi. ſ. ipam drītiā. Ad terciū dico q̄ p̄bus non vult dicere q̄ ſba cuiuſlibet rei ſit ꝑpa: ita q̄ ex na tura ſua ſit indiuidua: ſz qz facta ē ꝑpa aliquo cōtrahēte: quo poſito non poteſt ineſſe alteri: licet ſibi nō repugnet ex ſe: q̄ cuz quacūq̄ vnitate ſingulari ponaf. hāc materiā declarat Scotus multiplr tercia diſt. 2. ſen. de hoc ꝛetiā vide p̄mo t ſeptimo metaphiſice.

Iuidit vlterius auctoꝛ predica bile ꝓpꝛie ſumptum ſiue vni

uersale p genus: spēm: drīām: ppriū: t accidēs. ¶ Ad cuius euidētiā sciendū ꝙ ꝑdicabile seu vniuersale sumitur hic p ipa secūda intentōe que dicit vniuersalitas: t est relatio ratōnis causata per intellectū comparantē superius ad inferiora: vt ꝑdicabile de ipis. Quod quidē pōt compari ad ipa dupliciter: scz vt ꝑdicabile de ipis in quid vel in quale. Si in quid: hoc ē dupliciter: vel q: de pluribus differētibus specie: et talis cōparatio dicit genus: vel de plurib⁹ differētibus numero: t talis dicitur spēs. Si in quale: vel eētiale vl accidētale. Si eētiale: sic est drīa. si accidētale: hoc ē dupliciter. q: vel ꝑdicatū habet causā necessariaz in subiecto vel non. si ꝓmū: sic est ꝓpm: si secūdū: sic ē accīs.

Contra hanc diffinitionē arguit̄ dupliciter. ꝓmo nō sic. ¶ Predicabile ꝑdicatū et ꝑdicamētū idē sūt ꝛm rem: ergo nō plura nec paucioza debent esse ꝑdicata t predicamēta ꝙ predicabilia. cōsequens est falsum: q: ponūtur decem ꝑdicamēta: et ꝛtuor predicata tm̄. Itē vnum membrū vnius diuisionis includitur in alio: ergo diuisio nō ē bona. Añs est notum. q: genus includit̄ i specie. Probatur cōsequentia. q: membra diuidētia bone diuisionis nō debēt coincidere adinuicem: sed eē opposita vl disparata. Itē idē est accidēs t genus: ergo nō debet accidēs cōdiuidi contra genus. ꝟsequētia ē nota: t ꝓbatur añs: q: color est genus albedinis t accidens homis. ℟. ad primum ꝙ licet idē ꝛm rem sit ꝑdicabile ꝑdicatum et ꝑdicamētum: tamē differūt scōm rationem. predicabile enī dicitur qō pōt predicari de plurib⁹: predicamentū ℞o sumit̄ p gñe generalissimo: vel ꝓ tota coordinatōne ꝑdicabiliū ꝛm sub t supra t lateraliter. ꝑdicātū vero dicit illud per quod ꝑ terminari vel solui questio dubitabilis vel probleuma: in q̄ scz pōt opponi ad vtrā ꝙ ꝑtē contradictōnis. ℘bus aūt in topicis determinans de syllogismo dialetico docet modū soluēdi huiusmōi dubitationes. Unde ibi ostendit ō aliquo qūo potest sciri ꝙ est gen⁹: t sic ō alijs. ℘ōit igit̄ ibi quattuor ꝑdicata: scz duo in quid: que sūt gen⁹ t diffinitio: t duo in quale: scz ꝓpm t accidēs. q: omnis questio dubitabilis pōt terminari i t solui: respondendo per aliquod istorū: vel ꝓ aliquod reductum ad illa: q: aūt ñ fit questio de indiuiduis: cum de illis non sit scientia sed de speciebus: ideo species nō numeratur inter predicata: cuz in talibus questionibus sit subiectū. Hec de differetia specifica fit mentio ibi. q: idē est iudiciū de illa sicut de specie: potest aūt reduci ad diffinitionē. Differentia autē generica reducit ꝑbus ad genus cū in ipo formaliter includatur. ¶ Ad secūdum dico ꝙ genus et species possūt capi dupliciter. vno mō fundamētaliter: et sic vnū includit̄ in alio: vt animal in homīe. Alio mō sumitur formaliter. pro ipsis secundis intentionibus: et sic sunt intentōes distincte: nec coincidūt. ¶ Ad tercium dico ꝙ licet idem sit genus t accidēs: hoc tm̄ nō respectu eiusdem: est enī genus respectu suoꝝ inferiorum: t accidēs respectu substantie.

De genere.

Genus dicitur triplicit: tē. In ꝓcedēn. auctor determinauit de ꝑdicabili in communi: ℞ cōsequēter incipit determinare de quolibet ipoꝝ in spēali: t ꝓmo de genere ponēdo triplicē eius acceptionez. ¶ Primo modo genus est collectio multorū habētiū quādā cōnexionē ad inuicem t ad vnū ꝓncipiū: t sic gen⁹ dicit̄ ꝓgenies: Et hoc mō illi q̄ descendunt ab eodem auo dicūtur de eodē genere vel parentela. Alio modo sumitur pro principio illius generatōis: t sic genitor vel auus dicit̄ genus: quia est ꝓncipium ꝓductiuū illius progeniei. Locus etiam generatōnis vel patria dicit̄

genus ratione virtutis generatiue ⁊ cõ
seruatiue que est in ipo scõm habitudi-
nẽ vel respectũ quẽ habz ad corpora ce
lestia. Videmus enĩ aliqua aĩalia in
vno loco generari que non generãtur ĩ
alio. Itẽ patet de arboribus plantis et
metallis. Tercio mõ dicitur genus sub
quo ponitur species: et sic sumit in ppo
sito: quod est verũ ĩmediate ad differen
tiam indiuidui quod ponitur sub gene-
re nõ tamẽ ĩmediate. ¶ Et notandum
q licet genus posset alio modo sumi: ta
men due prime acceptiones generis h
enunciantur ppter quandam cõuenien
tiam quam habent cum genere logico.
Sicut enĩ genus primo modo dicit col
lectionẽ multorum: sic genus logicũ di-
cit collectionẽ multarũ specierũ. et sicut
genus secundo modo dictũ est principi
um effectiuum ipsius parentele: sic gen⁹
logicũ est intrinsecum principiũ suaruz
specierum: cum ex ipso et differẽtia con
stituatur species. Genus aũt logicuz sic
diffinitur.

Genus est quod pdicaꝫ de plu ribus differẽtibus specie in eo q quid. et ad interrogationẽ factã per quid re-
spondetur p quod: vt si queratur quid ẽ
homo? respondeur animal.

Circa quod notandũ q ly pre dicaꝫ di cit aptitudinem ⁊ nõ actum: sicut ĩ alijs diffinitionibus.

Notandũ q quid significat eẽnti-
am p modum substãtie: substantie autẽ est substare. s. aliys. ¶ ẽ
go materia subsẽt forme: est enĩ fun-
damentum ⁊ receptaculm formarũ: ⁊ ge-
nus se habet vt materia: ideo conueniẽ
tius respondetur ad interrogationẽ fa-
ctam p quid. Substãtie est etiã p se sta-
re: q igitur genera et species significãt
p modũ p se stantis: ideo in quid ꝓgrue
pdicãtur. Differentie vero in quale: q
se habẽt vt forme: ⁊ significant p modũ
adiacentis: determinãtis ⁊ qualificantz

Notandũ q aliq̃d potest dici ĩ q̃d tripliciter. Uno mõ fm rem et modũ simul: vt genera et species substantie. Secũdo mõ fm rem tm̃: vt differẽtia que dicit p modum qualifica-
tis. Tertio mõ scõm modũ tm̃: vt gene
ra ⁊ species accidentium.

Notandum insuper q genus po-
test sumi vl̃ p ipa se-
cunda intentione que est habitudo vel
cõparatio q̃ditatis pdicabilis ĩ quid de
plurib⁹ differẽtibus specie ad ipas spe-
cies. vel potest sumi p ipa re vel quidi-
tate in se ꝯsiderata absolute. Uel tercio
modo pro ipa quiditate concepta sub il
la secũda intentione. Hic autẽ nõ diffi-
nitur ipa quiditas vel res absolute cõsi-
derata. q eius consideratio nõ pertinet
ad logicum sed ad metaphisicũ. Sz fm
aliquos hic diffinitur ipa quiditas con-
siderata sub illa secunda intentõne: que
opinio satis est ꝓbabilis. q logica est
de secũdis intentionibus adiunctis pri
mis scõm Aulceñ. Et scõm hoc de faci
li possũt intelligi diffinitõnes que sunt
in logica. Uerumtamen q quiditas sic
ꝯsiderata nõ dicit vnũ conceptũ per se:
sed p accidens aggregatum. s. ex re ⁊ in
tentione. Diffinitũ aũt debet esse vnuz
per se ex septimo metaphĩce. q etiã lo-
gicus per se cõsiderat secundas intẽtio-
nes: primas aũt non: nisi inquantũ sunt
fundamẽta secũdarũ: videtur meli⁹ di-
cendũ q hic diffinitur secũda intentio:
quod cõsonat dicto Scoti. pria dist. 4.
sen. vbi ait q intentõnes logice q̃ signi
ficãt cõceptus in anima per se vnos dif
finitur assignando eis genera ⁊ drñtias
eo modo quo possũt ea habere: ponẽdo
etiã ipsarũ fũdamẽtum ⁊ terminũ: sicut
fit cõmuniter in relationibus. Hoc mõ
diffinitur intentio quam dicit gen⁹: cui
loco generis assignatur ratõ pdicabilis
que est cõmunis ad quinq̃ pdicabilia.
Predicari aũt de plurib⁹ drñtib⁹ spe-
cie in quid ponitur loco differẽtie. Per
hoc enĩ differt genus a specie et drñtia:
non quidẽ q illa secũda intentio que di
citur genus pdicetur de plurib⁹ differẽ
tibus specie: sed quia est nata fundari ĩ

qualitate sic p̄dicabili. Ipa enī intentō solum p̄dicatur de pluribus drīntib⁹ numero scōm Scotum. 6. q. quolibetozū. Fundamētum ergo intentōnis est illō quod p̄dicatur. Termini vero sunt ipse species de quibus predicatur. Sic⁹ igitur est predicabile quod predicatur. ꝛc. hoc est genus est relatō predicabilis qō p̄dicatur de pluribus drīntibus specie. ꝛc. De quo nota ea que dicta sūt in diffinitōne ꝓpositōnis: scōm boc⁹ poterūt declarari alie diffinitōnes secūdarū intentionum logicaliū: circa qō nō intendo īmozari. ¶ Sed contra predicta sic arguitur tripliciter: ꝛ videtur q⁹ hic non diffiniatur intentio genris. q⁹ hic diffinitur illud quod p̄dicatur de pluribus drīntibus specie: sed intentio non predicatur: sed res subiecta intentōni: ergo intentio hic non diffinitur. maioz est nota. ꝓbatur minoz. q⁹ illa est vera: homo est anīal: ista autē est falsa: homo est genus. Item videtur q⁹ predicabile nō se habeat vt genus ad intentionē generis. q⁹ tūc idem essz superius et inferius respectu eiusdē. ꝓbatur cōsequētia: sicut ista est vera: ge genus est p̄dicabile: ita ista: p̄dicabile ē genus: posito casu q⁹ sit genus ad q̄nq̄ predicabilia. Item videtur q⁹ genus etiā sumptū pro re subiecta intentōni nō predicetur de pluribus drīntibus specie: vt animal de homīe. q⁹ pars non p̄dicatur de toto: genus aūt est pars essentiāl' speciei: cū se habeat vt materia: drīntia aūt vt forma. 8. metaphīce. ergo genus nō predicatur de specie. Ꝛ°. ad primuz dicendum est q⁹ maioz non est vera. Non enī illud quod p̄dicatur hic, diffinitur: sed intentio que fundatur in id quod p̄dicatur. que quidē per suum fundamētum notificat: nec est inconueniēs relationes ratōnis diffiniri per sua fundamenta: cum Aristo. quīto metaphīce distinguat modos seu species relationum realium per ipsarū fundamenta. q⁹ ipe drīntie specifice ꝓpt̄ earū modicā entitatē forte nos latent. Relatōnes aūt rationis sunt minozis entitatis q̄ relatiōnes reales. ¶ Ad secundū quādo arguitur q⁹ si p̄dicabile esset genus: tūc idem esset supius ꝛ inferius respectu eiusdez Dico q⁹ cōsequētia nō valet. ad ꝓbationem respondeo: q⁹ quando dicebat': genus est p̄dicabile est p̄dicatio ꝑ se superioris de suo inferiori: sicut p̄dicabile est superius ad genus. Quādo aūt dicitur p̄dicabile est genus: non est predicatio per se sed denominatiua p̄dicatio: sicut dicendo animal est genus.

Contra hoc arguitur. q⁹ inferi⁹ nō p̄t denominatiue p̄dicari de suo supiori: cum in p̄dicatōne denominatiua p̄dicatū distinguatur realiter a subiecto sicut accidens eius. Ꝛ°. q⁹ illud est verū in predicatione denominatiua stricte sumpta nō autē large: vt enī dictum ē. c. p̄cedē. q⁹ supius est potentiale respectu inferiozū. Inferi⁹ aūt ē actuale ideo quasi denomīatiue ipm respicit. Inferiora etiaz quodāmodo accidūt superioribus accipiendo etiā accīs ꝑ extraneo. q⁹ nō sūt de ratione superioꝝ. ¶ Ad terciū dico: q⁹ pars non p̄dicatur de toto ꝑ modum ptis: vnde ista est falsa: homo ē animalitas: sed bñ p̄dicatur per modum totius in concreto ratiōe suppositi quod cōcernit: ꝛ ideo hec est vera: homo est anīal: q⁹ nō opposita iuxta se posita magī elucescūt. Quot enī mōis dicit vnū oppositozū: tot modis dicitur et reliquū: ideo dicit auctor q⁹ ad cognoscendū hoc mēbrum differētibus specie: oportet scire quot mōis dicitur idē: q⁹ tot dicit differens. Idē aūt dicitur tripliciter: idem genere: idē specie: idē numero. Ān eadem gīe dicūtur quecunq̄ sub eodē genere cōtinētur: vt homo et asin⁹ sub anīmali. Et ꝑ oppositū drīntia gīe dicūtur que sub diuersis generibus cōtinentur: vt homo sub anīali: ꝛ arbor sub plāta.

Ꝓ quo notandū q⁹ duplex ē gen⁹. s. logicū et phīcū. Gen⁹ phīcum dicitur subiectū vel materia que ē subiectū genera

tionis et corruptionis: vñ illa sunt idez genere phīco que habent idem subiectū vel materiā cōmunem circa quā possūt habere transmutationē mutuā: ⁊ que ñ habent nō sunt idem genere hoc modo Et de tali loquitur Aris. 10. metaphīce vbi dicit q corruptibile et incorruptibile differūt plus q genere. Illa vo sunt idem genere logico que cōueniūt in aliquo cōmuni p̄dicabili de pluribus differentibus specie in quid: et de hoc genere loquit auctor: non de p̄mo. Unde substantia corpea ⁊ incorporea licet sint idē genere logico: tamē orīs gñe phīco ¶ Eadez specie sūt que sub eadē specie cōtinētur: vt sortes et plato sub homīe. ¶ Orīa vero specie dicūtur que continētur sub diuersis speciebus: vt sortes ⁊ brunellus: vel que habēt orīas specificas oppositas: vt homo ⁊ equ⁹. ¶ Eadē numero dicūtur: que nō faciūt diuersum numerū: vt homo et animal ratiōale. ¶ Orīa vero numero sunt que faciunt diuersū numerū: vt sortes et plato faciunt vnū binariū: que est species diuersa a trinario: ⁊ si adderetur cicero: esset numerus ternarius. Sunt enī distincte res numerate habētes distinctas differētias numerales. Et ponit auctor q̄tuor modos idētitatis numeralis. Et similiter possent poni quattuor modi differentie numeralis: sed hoc nō est necesse. q: satis habētur p alias. s. p modos identitatis numeralis: quorū p̄im⁹ est idē nomīe: ⁊ dicūtur eadē nomīe quox res est vna: nomīa vero plura: ⁊ sūt nomina synonima: vt marcus tullius: que licet sint plura nomīa: dicūtur tamē eadem nomīe q: cōueniūt in idētitate rei nomīate. Secund⁹ modus est idem diffinitōne: quando sez vnū est diffinitio alterius: vt anīal ratōnale et homo ⁊ possunt reduci ad p̄mum modū: q: p varia nomīa diffinitōnis ⁊ diffiniti imptatur res eadem: que quidē p diffinitū importatur implicite et per diffinitōnez explicite. Tercius modus ē idem ꝓprio: qñ sez vnū est ꝓprīū alterius: vt risibile est proprium homīs. Quartus modus est est idē accidēte: quādo vnū est accidēs alterius.

Ad euidentiam predictorū notādū q orīa et diuersa aliquādo sumūtur large: ⁊ sic vnū sumit̄ p reliquo. Uñ sicut dicimus diuersa numero: gñe: vel spē: sic et orīa numero gñe vl spē. Alio mō sumunt̄ stricte: et sic differunt ad inuicē. Illa enī que in nullo q̄ditatiue conueniūt: vt vltime orīe dicūtur p̄mo diuersa: non tamē dicūtur orīa: q: vt dicit p̄bus q̄nto metaphīce: Differētia sūt aliquid idē entia. i. in aliquo cōuenientia: vt hō et equus: q̄ conueniunt in animali: licet orīant p rationale et irrationale.

Notandū insup p̄m Scotū dist. 3. 2. sen. q vnaquez res ē singularis: ⁊ vna numero p aliquā entitatē positiuam p quā determinātē naturam ad singularitatē: que quidez entitas vocatur orīa indiuidualis p hecceitas. Probatur. q: oīs orīa orītiū reducitur ad aliqua p̄mo diuersa: alioq̄n nō esset status in differentibus. Sed indiuidua p̄pe differūt: q: sunt orīa ⁊ alicui idem entia: ergo eox orīa reducit ad aliqua p̄mo diuersa. Ista p̄mo diuersa non sunt natura in isto ⁊ in alio: nam in natura conueniūt: ergo p̄eter naturā in isto et in alio sūt aliqua quibus hoc ⁊ illō differunt? Sz hec nō sunt materia nec forma nec accidētia: ergo erūt aliq̄ entitates positiue per se determinantes naturam. q: aūt materia ⁊ forma ñ sint cā indiuiduatōis nec distinctōis numeral'. p̄bat. q: q̄cūq; sunt de q̄ditate spēi ñ ꝓstituūt ee alicui⁹ indiuidui: materia et forma sē hmōi. g. ⁊c. maior patet q: de cui⁹ q̄ditate sē p̄ncipia indiuiduātia ipm ē indiuduū ō se. maior p3. 7. ⁊. 8. meta. Itē i accūtib⁹ nō ē mā: vbi tñ ē distinctō indiuual'. Q. etiā indiuduatō sbe ñ b̄eat ee p entitatē vl cetera accūtia p̄bat. q: sba ē p̄or oīi accīte ex. 7. meta. g. q̄uenit sbe p̄ ex sua rōe q̄sit ꝺ p⁹ q̄ detīnet aliq̄ accñ. Sz p̄dcā ar' p⁹ q: boe. det

minate dicit q̄ diffinitum in numero ac cidētiū varietas facit maxime in loco. ꝯ individuatio subiecti fit p̄ accñtia. Itez in quinto metaphīce dicit aristo. q̄ illa sunt vnū numero quoꝝ materia ē vna: ergo materia est causa individuationis seu vnitatis numeralis. R°. ad Boecium q̄ varietas accidētium facit drñtiā in numero nō causaliter sed notificatiue eo q̄ distinctionē numeralē concomitat varietas accidētiū q̄ habētur p̄ hūc versum. Forma figura locus stirps nomen patria temp⁹. Ad secundū dico q̄ materia et forma opponūtur relatiue ex secūdo phīsicoꝝ: ꝛ quot mōis dicit vnū oppositoꝝ: tot mōis dicit et reliquū: ex primo topicoꝝ. Forma aūt quantū ad pñs spectat dicit dupliciter. Uno mō p̄ forma ptis: sicut anima est forma corporis. Alio mō p̄ forma totius que ē ipa quātitas que apō aristoti. frequēter dicitur forma 5° metaphīce. ca. de cā. ꝛ 7°. vt humanitas ē forma nō alterius ptis cōpositi sed totius.

Notandum q̄ entitas compositi q̄ distinguitur a ptibus est forma totius compositi: sicut ipa natura tota vt vt hūanitas q̄ vocat quātitas. Qāt quātitas possit dici forma totius: patet p̄ phīm. 5° metaphīce. ca. de cā. vbi dicit q̄ forma totius nō ē forma informans: sed ē forma tm̄. Et sic nō est intelligēdū q̄ talis forma informet materiam et formā ptis: vel ipm̄ totū tāq̄ aliq̄d iuclusū in toto. sz ē sic forma totiꝰ q̄ est tota natura seu q̄ditas sui totius. Igit̄ materia correspondēter dicitur dupliciter. qz quedā est materia que opponitur forme partis: ꝛ hec ē materia que est p̄incipiuz ecñtiale cōstituēs cū forma vnū ens per se. Et quedā est materia q̄ opponitur forme totius et ip̄i q̄ditati: et p̄ cōsequēs est extra rationē q̄ditatis rei formaliter. Et hec ē materia que ē differētia seu p̄oprietas individualis que est causa individuationis q̄ pōt vocari hecceitas. Cū ergo dicit arist. q̄ illa sūt vnū numero: ꝛc. loquitur ō materia nō primo modo sed secūdo mō: que ꝓgrue vocatur materia quatenus constituit rē in vltimo eē subicibili et materiali. non aūt in esse formali. qz nō ptinet formalr ad formalē quiditatē rei. Et hec quidē expositio consonat lr̄e phī. Subdit enī q̄ illa sūt vnū specie: quoꝝ ratio ē vna. Ratio quidē ibi sumit̄ p̄ quiditate que dicit forma respectu drñtie individual.

Et notandum q̄ sicut realitas a q̄ sumit̄ genus est potentialis ad realitatē a qua sumit̄ drñia specifica: ita q̄ hec realitas ñ est formaliter illa: alioquin in diffinitōne eēt nugatio: sic realitas specifica est potentialr ad drñtiam individualem que est actus determinās naturā specificam ad singularitatē: nec inconuenies est ipam drñtaz individualē habere rationē act⁹ ꝛ materie: diuersis tamē respectibus. habet enī rationē materie inquātū cōstituit in vltimo esse subicibili: sed habet rationē actus inquātū determinat naturā specificam ad esse hoc: ꝛ inquantū distinguit vnū individuū ab alio. actus enī determinat ꝛ distinguit: 7. metaphīce. Hec materia habet magis considerari a metaphisico q̄ a logico: iō de ipa succincte pertranseo.

Hinde dividit auctor genus in gen⁹ generalissimū et gen⁹ subalternum. Circa quod sciendum q̄ suplatiuus pōt capi dupliciter: scz affirmatiue et negatiue: Uñ gen⁹ generalissimū negatiue sumptū dicitur q̄ nihil est generalius. Et hoc mō sumit̄ ab auctore cum dicit q̄ genus generalissimum est supra qō nō ē aliud genus supraveniēs. Alio mō sumēdo affirmatiue dicit gen⁹ generalissimū quod ē generalius oñi alio: et sic nullū gen⁹ dicitur generalissimū simplr loquendo: tūc enī tm̄ eēt vnū generalissimū: qz secm̄ Priscianū. Quod p̄ supabūdantiaz dicitur vni soli cōuenit. Quodlibet tamē generalissimuz potest dici generali⁹ omni alio: non simpliciter sed oñi alio sue coordinationis. Notādū insup̄ q̄ sup̄

latiuus nō semp superlatiue sumitur siue affirmatiue siue negatiue: vt declarā est: sed aliquādo tātū sumit intēsiue: ꝛ tūc tm valet sicut valde. Ūñ hoc mō potest dici de quolibet sancto ꝙ est sanctissimus. i. valde sanctus. Et hoc modo sepe sumitur ab auctoribus. Et diuiditur genus generalissimum in decē p̄dicamēta: que sūt substātia: quantitas: qualitas: relatio: actio: passio: vbi: quādo: situs: vel positio: ꝛ habitus: que dicūtur generalissima: qz nullū habēt genus supra se: licet enī ens dicatur de ipsis: tamē scōm auctorē nō est genus: qz est eq̄uocū ad ipa. A quo discordat doctor subtilis ponēs. 3. et. 8. dist. p̄. sen. ens eē vniuocū ad deum ꝛ creaturā substantiā et accidens: cū dicat vnū ꝓcep tū cōmunem ipis. Sed tamē nō sequitur ꝙ sit genus: qz nō cōtrahitur ad deum et creaturā: nec ad substantiā ꝛ accidēs sicut ad species per differentias: sed p modos intrinsecos. Ūñ dicit Aristo. 4 metaphīce ꝙ ens dicitur multipliciter: non tamē equiuoce sed vniuocē: cū eq̄uocū et vniuocū sint immediata: vt patz ex ratōnibus ipsoꝝ. Nec obstat ꝙ p prius dicitur de deo q̄ de creatura: ꝛ ō substātia q̄ de accīte. qz analogia nō repugnat vniuocatōi: vt videbit p̄mo. c. p̄dicamētoꝝ. ¶ Si queratur ergo quare ens non est genus. Quando enī p̄dicatur aliq̄d ꝛ p̄dicatur in q̄d et in plus difficile est euadere q̄n sit genus scōm arī. in libro topicoꝝ Dico ꝙ licet sit difficile: nō tamē est impossibile. Causa enī q̄re ens nō est genus est: qz genꝰ ꝓtrahit ad species p differētias. Realitas enī a q̄ sumitur genus est potentialis ad realitatē a qua sumitur differētia: alꝫ genus complete diffiniret. Ens aūt nō cōtrahitur ad deum ꝛ creaturā ad substantiā ꝛ accidens per differētias sed p modos intrinsecos: vt videbitur p̄mo. c. p̄dicamentoꝝ. Alia rō huius assignatur a doctore subtili. 2. dist. p̄. señ. vide ibi. Qz vero hec materia non est p̄sentis speculatōnis vsq̄ ad terciā: quartam metaphīce differatur.

Genus subalternum dicitur ꝙ cum sit genus potest eē species: qz vicz habet supra se genus ꝛ sub se species: vt animal est genꝰ homīs et equi ꝛ species corporis animati. ꝛ dicit subalternū quasi sub alio positum.

De specie.

Species est quod p̄dicatur de pluribꝰ differentibus numero in eo ꝙ quid. vt si queraī quid est sortes? respōdetur homo. ꝛc.

¶ Postq̄ auctor determinauit de genere: hic cōsequenter determinat de specie procedēdo a magis cōmunib⁹ ad minus cōmunia. Realitas enī a qua sumitur genus est in plus q̄ sit natura specifica. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ ꝙ species sumitur multis modis. Uno modo est idē ꝙ formositas vel pulchritudo que consistit in debita proportōne membroꝝ. Secūdo modo idē est quod similitudo obiecti. Sicut loquit Arist. in libro de anima dicens ꝙ lapis nō est in anīa: sed species lapidis. Tercio mō est accidēs partiū orationis. Quarto modo sumitur p natura specifica. Quinto modo p secūda intentone que i ipsa fūdatur. Et hoc modo sumit in ꝓposito. Et potest diffiniri eodē modo quo fuit assignata diffinitio generis. Per illō autē relatiuuz quod intelligitur p̄dicabile quod est genꝰ ad speciē. Per illud qō dicit differentibꝰ numero differt species a genere: quod licet possit p̄dicari de pluribus differētibus numero: non tamē solū nec inmediate. Et per hoc ꝙ dicitur in eo ꝙ quid differt a differentia ꝓpo et accidēte: que predicant in quale. Et diffinitur hic species specialissima. Species enī subalterna non est predicabile distinctū a genere: ly predicatur dicit aptitudinē ꝛ non actū: sicut in alijs diffinitionibus. ¶ Item aliter diffinitur species sic vt sequitur.

Species est que ponit sub assignato genere: vel de q̄ genus in eo qđ quid est p̄dicatur. ¶ Circa qđ est notandū q̄ auctor in p̄cedentibus notificauit speciē p cōparationē ad indiuidua: hic aūt per compationē ad gen⁹. Non aūt est incōueniens idem habere plures diffinitōes large sumptas p compōem ad diuersa: vt fuit declaratū in diffinitōne vocis. Et cōuenit hec diffinitio tā spēi specialissime q̄ speciei subalterne. Species itaq̄ ponitur sub genere sicut minus cōmune sub magis cōmuni īmediate q̄dē ad differētiā indiuiduoꝝ: ⁊ directe ad differētiā differētiarū. Et ponit sub genere non quocunq̄: vt hō nō ponitur sub coloze: sed sub genere assignato ꝯid ē determīato: qđ eēntialiter includit: ⁊ ideo de ipa p̄dicaī in quid.

¶ Deinde diuidit auctor speciē in speciem specialissimam et subalternam. Añ Species specialissima est: q̄ cū sit spēs nō p̄t esse genus. Est eī species cū habeat genus supra se: sed nō p̄t eē genus. q⁹ nō habet aliquā spēm sub se. vñ nomē spēi verius ꝓuenit spēi specialissime q̄ subalterne. Dicit nanq̄ spēs a specificando seu determinādo. Hen⁹ aūt magis determīaī in spē ‚spēalissima que nō p̄t vlterius specificari ⁊ determinari p differētias formales q̄ in spē sub alterna: que adhuc ē specificabilis ⁊ determinabilis. Species enī subalterna: cū sit spēs p̄t esse gen⁹: q⁹ vicz ē vlteri⁹ diuisibilis p differētias formales q̄ ꝓsti tuūt diuersas species sub ipsa: vñ oīa que ponūtur inter genus generalissimū ⁊ spēm specialissimā sūt genera ⁊ spēs p cōpatōem ad diuersa. Sūt enī gña respectu inferioꝝ ⁊ species respectu superioꝝ. Exēplū huius quo ad p̄dicamētuz sube patet in arboze porphirij. ⁊ posset etiā poni in alijs predicamentis.

Ꝺ⁹o quo notandū q⁹ h⁹ mō coordinatō p̄t dici arbor p quādam silitudinē ad arborē naturalē: in q̄ sūt tria: scz: radix: truncus et rami. Hen⁹ generalissimū p̄t dici radix in q̄tū ꝓtinet inferiora p̄missiue siue potēt ialr: vel ipa individua inquātū cōtinent superiora potentialiter ⁊ actualiter. ¶ Ponūtur aūt individua in p̄dicamēto in q̄ntum abstrahūt ab exītia actuali scōm Scotum. 3. di. 2. sen. Añ hic homo tm̄ includat naturā specificā cū differētia individuali: nec plus icludit exītiā actualē formaliter q̄ homo. Cum enī ſm Aristo. p̄mo posterioꝝ sit status ī quolibet p̄dicamēto surſū seorsū ⁊ deorsū: sicut inuenit ibi supmū cōsiderādo illud rōne esse exītie p̄cise: ita inuenitur ibi infimū scz singulare abstq̄ oñi existentia actuali. De ipis Ꝺo superioribus in q̄ntū includūt exītiā actualem nō est sciētia ſm aristo. vij. metha. q⁹ ipis absentibus seu remotis a sensu ignotū est vtrū sint aut nō sint. Et ponūtur individua in recta linea p̄dicamēta li: cū formaliter includāt oīa superiora: licet enī videaī poni lateraliter: hoc est ad ostendēdū ipoꝝ multitudinē sub eadem specie. genera aūt ⁊ species q̄ ponūtur in recta linea se hñt sicut truncus arboris naturalis. Differētie Ꝺo collaterales se habēt sicut rami. Substātia itaq̄ diuidit p corporeā ⁊ incorporeā. Ex substātia aūt ⁊ corporeitate sicut ex gñe ⁊ drīa cōstituit corp⁹: sicut etiā ex substantia ⁊ incorporeitate pōt ꝓstitui alia species: vtpote spūs creatus. Et sic posset dici de alijs generib⁹ cuz differētijs positis a pte dextera: que sūt differētie positiue: cū ex ipis gñib⁹ ꝓstituanī spēs ipsas tñ p noīa ꝓpatiua circūloquimur ꝓpter penuriā nominū. Insup corpus diuidit p aīatū ⁊ inaīatū. Corp⁹ animatū constituit aliā spēm quā ꝓpter penuriā nominū circūloq̄mur p illud complexū corpus aīatū. Qđ vlterius diuidit p sensibile ⁊ insensibile. Sēsibile p̄t capi dupliciter. s. actiue ⁊ passiue. Sensibile passiue dicit qđ ē aptū natū sētire: ⁊ sic oīe corpus ē sensibile: nō hoc mō sumit in ꝓposito. Sensibile Ꝺo actiue dicit qđ est aptū natū sētire: ⁊ sic ex corpore aīato ⁊ illa drītia cōstituitur animal. Rursus aīal diuidit p rationale

per irrationale: rationale autē additum animali constituit hominem. ℚ autem animal rationale diuidatur ꝑ mortale ⁊ immortale non est ſm ℞itatem immo repugnat fidei catholice: ſed hoc ponitur recitando opinionem porphirij ⁊ quorūdam paganoꝝ ponentium pluralitatem deorum: quos dicebāt eē aīalia rationalia ⁊ īmortalia ad diſtinctionē hominum q̄ ſunt mortales. Et huius opinionis fuerunt quidam ponētes demones eē animalia corpore aerea: mēte rationalia: duratione eterna. ¶Huius etiam opinionis fuerūt ponētes corpora celeſtia eē animata. ¶Ponebāt eīm intelligētias eē aīas celoꝝ: quoſdā deos virtuſ infinite. ℚue opinio a quibuſdā imponitur ꝓbꝰ: licet falſe: ſm Aquilinū doctorem: ſcotum: in quolibetis: ⁊. 14. diſti. 2. ſen. ¶Quod ex hoc patet: qꝛ. 12. metaphiſice ponit eē vnū deū oīm ꝓncipem. Entia nolūt male regi: nec bonum pluralitas ꝓncipatuz: vnꝰ ergo ꝓnceps. ⁊ ſic non ſunt plures dij. ¶Probat etiam 8. phiſicorū. ¶Potētiā infinitam non eē in magnitudine: ſed ꝑmum mouens q̄ potest eē virtutis infinite eē impōibile. nō ergo eſt animal ſeu corpus aīatuz. ¶Et ſi arguatur q̄ ipe videt ponere ſecūdo celi: ⁊. xij. metaphice: celū eē animatum. ℞°. q̄ anima habet duplex officiū reſpectu corporis informandi: ſcz: ⁊ mouēndi: qꝛ eſt forma corporis: ⁊ corporis motrix. vbicunq; ergo ꝓbus loquitur de anima celi: exponendū eſt ſcm conditionē qua anima eſt motrix corporis et non forma. Et illa anima eſt intelligenda huic orbi coniuncta: vt propria motrix: et talis non eſt niſi vnica vnius ita q̄ coniungitur orbi in ratiōe motricis ⁊ non in ratione informātis.

¶Diffinit vlterius auctor indiuiduū dicens q̄ eſt quod de vno ſolo predicatur vt ſortes de ſeipſo: et refertur ly qđ ad ꝑdicabile in cōmuni. ¶Per hoc aūt qđ ꝑdicatur de vno ſolo differt a predicabli ꝓpe ſumpto: quod ꝑdicatur de pluribus. Ex hoc patet q̄ illđ quod dicit ariſtotiles in predicamentis: q̄ a prima ſubſtantia nulla eſt predicatio. q: ſcz prima ſubſtantia vel indiuiduum non eſt predicabile ꝓpe ſumptum: et ideo ab ipſa nulla eſt ꝑdicatio ꝓpe ſumpta ꝑ ſuperioris de inferiori: licet bene eiuſdem de ſeipſo. ¶Debet aūt intelligi diffiniꝰ indiuidui de predicatōne vniuoca. Sortes aūt bñ predicatur de pluribus vocatis illo nomine: ſed nō ſcm vnam ratōnem: q: ſola vox eſt ipis cōmunis: ⁊ nō aliquis conceptus ſumptus ſcm illud nomen. ¶Et notandū q̄ indiuiduū vel ſingulare poteſt ſumi: vel pro ſecunda intentione quam denotat ſingularitas: vel ꝑ eo q̄ ſubeſt illi intēti. ſ. ꝑ ſorte vel platone. Et ſm hoc multipliciter poteſt declarari diffinitio indiuidui: ſicut dictum eſt de diffinitione generis. Item duplex eſt indiuiduum ſcz ſignatum et vagum. Indiuiduum ſignatum eſt quod importat vnum ſolum ſuppoſitum ⁊ determinate ſumptum: vt ſortes et hic homo. Indiuiduum vagū eſt qđ deſignat vnuz ſolū ſuppoſitū: licet ſit indetermi natū nobis quid ſit illud ſuppoſitum: vt aliquis homo. Termin⁹ eniz cōmunis quantum eſt de ſe poteſt ſumi ꝑ ſuppoſitis vel natura. Signa ℞o vniuerſalia vel particularia inuenta ſūt ad denotandum terminum cōmunem: ſiue ꝑ ſuppoſitis: particularia ſiquidez pro vno licet nobis vago et indeterminato vniuerſalia vero ꝑ multis. Exemplum quando terminus ſupponit ꝑ ſuppoſitis: vt homo currit. Exemplum quādo ſumitur pro natura: vt homo ē ſpecies.

Vide nunc arborem porphirij.

Genus — Generalissimū.

Substantia.

Corporea — Incorporea.

Corpus

Animatū — Inanimatum

Corpus animatū

Sensibile — Insensibile.

Animal.

Rationale — Irrationale.

Animal rationale

Mortale — Immortale

Homo.

Sortes — Plato

Species — Specialissima

Differentia dicitur ꝛc.

Postq̄ auctor determinauit ō spē q̄ est secūdū p̄dicabile: h̄ post determinat de tercio p̄dicabili. s. ō drīntia. Circa quā determinauit de spē q̄ ō drīntia: q̄ spēs p̄dicat̄ i q̄d: drīntia vō i q̄le. Et diuidit drīntiā i cōez ꝓpaz: ꝛ magl ꝓpaz: vt eligat illā de q̄ i tēdit: q̄ diuisio licet ñ sit bimēbris: tñ ē reducibil' ad bimēbrē. Drīntia ei fac̄ differre vl' eētialr vl' accītalr. Si accītalr: hoc ē dupl'r: vl' p accīs sepabile vl' i sepabile. Si p accīs sepabile: sicut sorēs differt a se vl' ab alio ñ sedēte: sic est ꝑm' mod'. Si vō p accīs insepabile sic ē icōs mod': vt sortes fim' differt a platōe aq̄lo: si vō facit differre eētialr sic ē terci' modus q̄ vnū differt ab alio drīntia specifica q̄ facit differre spē: sicut hō differt ab equo spē p rōnale. Prima drīa dr' cois: q̄ tal' drīntia multū large sumit: q̄ scz ē p accīs sepabile. Secūda eni dr' ꝓpa: q̄ magl accedit ad naturaz drīe vē q̄ p̄cedēs. Tercia dr' magl ꝓpria q̄ facit differre eētialit': alie vō ñ

Et notādū q̄ licet idē nō differat a seipō eētialr: cum nomine ens sit vnū: id est a se indiuisū: ꝛ diuisū a quolibet alio idē tñ bñ differt a se accītalr fm q̄ nūc ē sub vno accīte nūc sub alio. ¶ Si arguat q̄ drīntia ꝛ accidēs sūt distincta p̄dicabilia: ergo duo p̄mi mōi drīntie sūt male assignati: cū pti neāt ad p̄dicabile accītis. R°. q̄ drīntia est predicabile distinctum ab accidente in tercia acceptiōe ꝛ non i duab' p̄mis. ¶ Diffinit ḡ auctor drīntiā tercio modo sūptū de q̄ p nūc intēdit di. q̄ drīntia ē qō p̄dicat̄ de plib' drīntib' spē i eo q̄ q̄ le: sicut sēsibile p̄dicat̄ de hoīe ꝛ de asino q̄ drīnt spē: vt si q̄rat: q̄lis ē hō: q̄ueniēter respōdet sensibilis: ꝛ de asino similiter. exēplū vō positū ḃ ab auctore: scz qūo rōnale p̄dicat̄ de hoīe et ō dijs nō ē verū: vt declaratū fuit. c. p̄cedenti. exēplor tñ nō req̄rit̄ vificatio. Ponuntur eni exēpla nō vt vā sint sz vt sentiāt addiscētes. q illō qō intelligit gen' differētie ipius scz p̄dicabile. Per hoc autē q̄ dr' de plibus drīntib' spē excludit drīntia cōstituēs spēm spālissimā. Talis eni nō predicat̄ de pluribus drīntib' specie: sed drīntia generalis que scz ꝓstituit gen' sicut sensibilitas constituit animal. De ista datur diffinitio hec: ꝛ ponitur in quale ad drīntiam gñis ꝛ spēi q̄ predicātur in quid. Predicatur autē in quale scōm porphirium q̄ habet rationem forme. Illud autē quod habet rationem informātis seu determinātis habet rationē qualis. ꝛ tale est duplex: scz essentiale ꝛ accidentale scōm q̄ duplex est forma: scz eētialis ꝛ accidentalis. Differentia itaq̄ predicatur in quale essentiale: accidens vero in quale accidētale: et ideo sibi non competit hec diffinitio.

Et notandũ q differẽtia põt sumi p secũda intentione vel eius fũdamẽto t fm hoc põt vario mõ exponi hec diffinitio: vt dictũ est ī diffinitione generis. Ponit vlterius auctor aliã diffinitionẽ differentie dicens q drñtia ẽ q̃ abũdat species a genere. Est enī forma vel realitas quam includit actualiter species vltra genꝰ: vt homo vltra sensibilitatem que cõstituit aīal includit rationabilitatẽ. Hec aũt diffinitio bene competit drñtie specifice. Et nota q licet genus cõtineat drñtias oppositas potẽtialiter. sicut materia est in potẽtia ad plures formas: non tamẽ cõtinet ipas actualiter: Sic enī animal continet potẽtialiter ratiõale t irrationale que ipm diuidũt t cõstituunt diuersas species sub aīali: et sic eadẽ drñtia est diuisiua t cõstitutiua: non eiusdẽ sed diuersoꝝ. Est eñ diuisiua generis t cõstitutiua specierũ. Drñtia nanq; aduenies generi cõstituit speciem: vñ ex aīali tanq; ex materia: et ex ratiõali tanq; ex forma cõstituitur homo: ppter quod dicit Boeciꝰ: q sola species diffinitur diffinitiõe. s. quiditatiua.: que indicat rei eẽntiam: t datur per genus t drñtiam: q; sola species specialissima vel subalterna habet genꝰ t drñtias. Genus tamẽ generalissimuz põt diffiniri diffinitõne large sumpta: q̃ dicit descriptio vel diffinitio q̃d nomis p quã exp̃mit ꝯ notificat q̃d ipam p nom

Notandũ ad euidẽtiã predictoꝝ: q est quedã opinio ponens q in rebus materialibus materia nõ est ps quiditatis specifice que pbat tum q. 5. metaphice dicit q oñes partes diffinitõnis sũt forme. Item secũdo de aīa t alibi frequẽter nominat philosophus formã q q̃d est rei. Sed hãc opinionẽ improbat doctor aq̃linus scotus. 22. distin. tertij. sen. Est eñ cõtra philosophũ. 7. metaphice dicẽtẽ q materia est ps spẽi. Spẽm autẽ dico q q̃d erat esse. Itẽ. 8. metaphice dicit q omnis diffinitio habet q̃d t q̃le: t hoc oportet esse vt materiã: illud vo vt formam. Materia ergo ñ cõtracta p drñtiam individualẽ absolute accepta et vlr: que ẽ ps potentialis illius cuiꝰ ptinet ad quiditatẽ specifi cã rei materialis. quod pbatur tali rõne: q; res materiales in sui essentia includũt causas intrinsecas: scz materiã t formã: ergo in earũ diffiniti one debet poni materia. Cõsequẽtia patet: q; diffinitio indicat totã q̃ditatẽ diffiniti siue eẽntiam. Et tũc ad auctoritatem quãdo dicit q oñes ptes diffinitõnis sũt forme. Dico q nõ sũt forme sibi inuicem cõparate: sed respectu diffiniti q; de ipo formaliter seu q̃ditatiue p̃dicãtur. Est eñ quiditas forma totius t nõ ptis: t ideo q̃ spectant ad q̃ditatẽ dicũtur formaliter t q̃ditatiue p̃dicari. Ad aliã dico q forma dicit q̃ q̃d ẽ: non q̃n materia ꝯcurrat. Sed hoc dicit appropꝝate eo q forma ẽ p̃ncipalioz causa t cõpletiua diffinitõis t quiditatis. q; itaq; forma ẽ p̃ncipalioz in diffinitõne: q; etiam q̃ditas ẽ forma totius: hinc est q sepe diffinitio dicitur ratõ formalis. Omnia etiã inclusa in diffinitione quiditatiua siue sint genera: siue differentie vsq; ad ens inclusiue possunt dici formalitates vel quiditates. De hac materia vid 7. metaphi. Est insup quedã opinio ponẽs cõceptũ generis nõ esse aliũ a ꝯcepcu speciei. Añ dicũt isti q genus t species siue differẽtia solũ differunt penes modos seu rationes concipiendi eũdem conceptum. q; genꝰ dicit essentiã subesse indeterminato t p modũ determinabilis. Drñtia aũt dicit ipam sub ratõne determinãtis t conducẽtis ad esse determinatũ speciei. Et pbat p pm. 7. metaphice. Genus nihil ẽ preter eas q̃ sũt generis species. Itẽ in eodẽ. 7. dicit q drñtia ẽ tota suba rei: sed ista opinio nõ est vera fm doctorẽ aq̃linũ Scotũ: ibiõ Probat p Auicẽ. 5 metaphice: vbi dicit q licet genus t drñtia predicenr de toto. i. de specie p se: nõ tamẽ significat totum p se. s. genus significat materiale t drñtia formale: vtrũq; significat ptes

Confirmat q̄ conceptus gñis ē ali⁹ a cō-
ceptu differētie sicut māle ē extra forma
le. g̃ est ali⁹ a conceptu spēi sīc ptiāl' a to-
tali: q̄ spēs essentialr̄ ⁊ formaliē includit vtrunq̄. ꝑbat añs q̄ dr̄ña nō pticipat gen⁹ nec ecōuerso. Sūt em̄ oīno alterius rōnis cū genus includat dr̄as supiores nō aūt dr̄ña. Nō ꝑbat: q̄ fm pbm. 7. metaphice. Dis diffinitio dat per gen⁹ primū ⁊ dr̄ñas inf̄ medias vsq̄ ad vltima vel p̄ genus p̄imū ⁊ dr̄ñam vltimā specificā. Si p̄mo mō sequit̄ nugatio. Si em̄ dr̄ña inferior includit formaliter supiorem includet oīes inf̄ medias. Cū g̃ oēs ponant in diffinitōe idē bis dicet. si 2° mō adhuc sequit̄ idem: q̄ gen⁹ primū includit suā differentiā cōstitutiuā. Si ergo vltima dr̄ña eā includit sequit̄ q̄ bis dicet. De quo plus vide. 2. dist. 4. sen. Scoti. Ex p̄dictis ptz q̄ conceptus gñis est ali⁹ a cōceptu spēi. Et si queras quid determīnate ꝓtineat p̄ genus ⁊ dr̄ñaz. R⁹. q̄ differentiā ꝓtinet vltim⁹ actus quo spēs ē idem qđ est completiue: Et p̄ genus cōtinet potētiale respectu illi⁹ actus. hoc declarat̄ sic q̄. 7. metha. 8° q̄ sicut rō idest diffinitio se hz ad rem: sic ptes diffinitōis ad ptes rei. Jn spē aūt q̄ ꝑtie diffinit̄ nō sunt nisi due p̄ se ptes essentiales. s. act⁹ vltim⁹ quo spēs ē illō qđ est: ⁊ potentiale respectu illi⁹ actus vltimi. Differentia ergo vltima specifica a qua est vnitas rei ⁊ diffinitiōis cōpletiue includit p̄ se ꝑcise de suo p̄ se intellectu actū vltimū in re que est cā vnit. ⁊ realis completa. Genus aūt p̄imū p̄ci se includit p̄ se primuz potētiale respectu illius actus. Ne aūt habeam⁹ ponere conceptus gñis ⁊ differētie eē ficticios oportet q̄ eis corr̄ndeāt aliqua in re distincta ex natura rei circūscēpta oīi operatione intellect⁹. Sed talis differēcia habet gradū scōm: q̄ genus ⁊ dr̄ña p̄nt sumi ab alia ⁊ alia re: si sint diuerse forme puta in homīe: ita q̄ ab vna sumat̄ genus: ⁊ ab alia dr̄ña: vel possunt sumi ab alia et alia realitate: puta si sit spēs simpler vt albedo. Ꝓprio mō 8° differētia realis. 2° mō Xo dicit̄ differētia formalis: vtraq̄ tñ ex natura rei. Ad primum in oppositum dico q̄ scōa auctoritas allegata truncat̄. Unde addit̄ in fine eius: aut si est: quid vt mā ē. Et hec pars disiunctiue ē vera: vt declaratū ē. Ad scōm dicendū q̄ ꝑbus nō intendit q̄ dr̄ña vltima sit tota substantia rei nisi completiue: vt dictum est.

Ropriū quadruplicit

8° ⁊c. Postq̄ auctor determinauit de differētia que predicatur in quale essentiale: hic cōsequenter determinat de ꝓprio qđ p̄dicat̄ in q̄le accidētale. Et p̄i⁹ determīat de ꝓprio qđ hz causam necessariā: ⁊ p̄sequit̄ naturā specificā q̄ de accidēte qđ p̄sequit̄ indiuiduū: ⁊ nō hz cām necessariā in ꝑfecto. Ponunt̄ aūt quatuor mōi ꝓprij. primo mō dicit̄ ꝓprium qđ ineſt soli spēi: sz no oīni ꝓtento sub illa spē: vt eē medicum ineſt soli homini: sz nō oīni indiuiduo. Hoc aūt ē ver̄ de medicina acq̄sita p̄ artem vel exꝑientiaz. Multa em̄ alia vtunt̄ medicīa: vt sumendo herbas vel alia sibi vtilia p̄ instinctū nature. Sco mō dicit̄ ꝓprium qđ ineſt oīni: sz nō soli: hoc ē oīni indiuiduo alic⁹ spēi vt eē bipedē ꝓuenit omni hōi fm cōez cursum nate sz nō soli: q̄ etiā aūtb⁹. Et lz aliq̄ hoīes nascant̄ soluz cū vno pede vel plib⁹ hoc ē p̄ accīs ex corrūptiōe vl' defectu: vl' ex superabūdātia materie. nec est ex intentiōe ꝓticularis nate: lz nō sit ꝑter intentū nate vlis. Tales em̄ defectus nō ꝓmittit de⁹ fine cā: vt enim ait plato in thimeo. Nihil ē sub sole c⁹ ornatum legittīa cā ⁊ rō nō ꝑcesserit. Tertō mō dicit̄ ꝓpium qđ ineſt oī ⁊ soli sz nō sp: vt canescere ꝓuenit hoī ⁊ oīni ⁊ soli: sed nō semꝑ: q̄ nō nisi in senectute. Est em̄ canicies q̄dā accidēs hūano attributum capitī: q̄ homo inter cetera animantia fm ꝓportionē corꝑis sui magis habet de cerebro. Cū igit̄ cerebrum sit frigidissimū mēbr̄ alialis: i hūano capite p̄ꝑit de frigiditate q̄ ē cā caniciei

Causaꝫ enī ex supabundantia hūide frigiditatis. hoc aūt vnīr contingit ī senectute: quia senes sunt frigidi ⁊ humidi Et licet aliqui senes nō canescāt: habēt tamē aptitudinē: ⁊ si diu viuerēt reducerenꝫ ad actū: licet eīm canes ⁊ aliqua animalia aliqñ in pilis albescāt: hoc tñ nō ꝓprie dicīt canicies: ſz dealbatio cū accidat in alijs membris a capite. Et iō dicendū est de iuuenibus quib⁹ hoc alicuādo accidit: quia hoc nō est in eis ex cōmuni concursu nature: sed ex aliq̄ accidenti. Quarto mō dicīt ꝓpriuz quod inest omni soli ⁊ semp. vt risibile est ꝓprie ꝓpriū homini: non q̄ actu semp rideant sed quia est apt⁹ ad ridendū: licet aūt in homīe sit aptitudo ad canescēdū vel ad sciendū: nō tamē talis sicut ad ridendū: q̄ nō ita potest reduci ad actuz: vt pueri in infantia rident actu: non tñ habent actualem sciam vel caniciem de cōmuni cursu nature. hoc quarto modo ꝓpriū est vnū de quinq̄ p̄dicabilibus. Et diffinīr sic. ꝓprium ē q̄ soli inest: et cōuersum p̄dicaꝫ de re: ⁊ nō indicat q̄d est esse rei. Inest enī ꝓprium soli spēi: ⁊ de ipa conuertibilr predicaꝫ: vt oīs homo est risibilis: ⁊ omne risibile est homo: et nō indicat essentiā rei: sicut diffinitio q̄ditatiua que daꝫ p genus ⁊ drīam que sunt de essentia spēi. Ꝓpria aūt passio nō est de diffinitōe quiditatiua alic⁹ que indicat rei essentiā. Et ideo hñ pōt dici quiditas quia indicat quid est res. Ipsa enī rei entitas fm Sco. prima. q. quoliberoꝫ cōgrue dicīt essentia que ē ratio essendi. fm enī Augu. 7°. de trinitate quod est sapīe sape hoc est essentie esse. Essentia enī est in alio quo res habet esse. Essentiale autē dicīt quod per se includit in essentia: quē admodū cōposito reali materia ⁊ forma dicunt sibi essentialia. et in composito rōnis siue in ipso diffinito genus et differētia dicunt partes essentiales rōnis siue rei diffinite. Et tale essentiale distinguit cōtra accidens p se sicut ꝓprium: et accidens p accidens sicut cōmune.

Et notandum q̄ ꝓpriū hz rōnem cōmunis et ꝓprij per cōpositionē ad diuersa. Est eīm ꝓprium ipsi speciei cui inest soli et cōmune est ipsis indiuiduis respectu quoruz habet rōnem p̄dicabilis. Sunt aūt ꝓprium ⁊ species distincta p̄dicabilia: hz enim vtrunq̄ predicet de indiuiduis. Species p̄dicatur de ipis in q̄d ⁊ essentialiter. Ꝓpriū in q̄le ⁊ accidentalr.

Accidens est quod ꝛc.

Postq̄ auctor determinauit supius de ꝓprio: hic ꝓseqūter determinat de accidente q̄ nō inest cōuertibiliter. Ad cui⁹ euidentiā ē notandum q̄ accidens pōt capi duplicit. Uno mō p omni illo q̄ nō est de diffinitiōe quiditatiua alicui⁹: ⁊ sic nō sumitur in ꝓposito. Ꝓpriū enī hoc modo est accidēs cū nō sit de rōne quiditatiua s. spēi. Alio⁹ sumīt accñs p eo q̄ accidit taliter pficit illud q̄ existit in se pfectū: nec sic accidēs necessario ꝓsequīt subiectum: ſz inest rei ꝓtingenter. ⁊ sic sumīt in ꝓposito: Et sic est distinctū p̄dicabile a ꝓprio. Est aūt eius diffinitio ꝟ assignata a porphirio. alie ꝟo diffinitiōes cōsequētes sunt Aristo. quaꝫ prima est hec. accidēs est q̄ nec ē gen⁹: nec spēs nec drīa: nec ꝓpriū: inest autē rei: in q̄ diffinīr accidēs p cōpositiōez ad alia p̄dicabilia. Accidēs eīm nō est gen⁹: nec spēs: nec drīa cū illa essentialr p̄dicent de suba: accidēs aūt nō. nec ē ꝓpriū q̄ p se inest subiecto: cū p̄ncipia ei⁹ intrinseca necessario ꝓsequaꝫ. Sed accidens hic diffinitū inest cōtingenter rei cuius est accidens.

Et notādū q̄ illud quod hic dicīr: q̄ accidens nec ē gen⁹ nec species ꝛc. intelligīr p cōpositionez ad illud cuius ē accidēs. Respectu enī suoꝝ inferioꝝ accidens bene est genus sicut color est genus ad albedinem ⁊ nigredinem. Scōa diffinitio Arist. est q̄ accidēs est q̄ ꝓtingit eidem inesse ⁊ nō inesse: que quasi est eadē cū illa que daꝫ a porphirio. Unde illa que datur a poꝛ

phirio videt esse accepta ab Aristo. licz sub alijs verbis ponat. nec tñ auctor est nigatorius: quia has diffinitiones recitat tanq̃ a diuersis editas.

Sed contra predicta arguit̃ tripl̃r ꝓmo mõ sic. diffinitio acidentis ꝓuenit alijs a diffinito. ergo nõ est bona ꝓña est nota. ꝑbat antecedens ꝺ anima rõnali que adest corpori t abest ꝓter eius corruptionez. Item videtur q̃ accidẽs non sit ꝑdicabile vel vniuersale: qr accidẽs est hic t nunc. q̃ nõ est vniuersale. añs est notũ: ꝑbat cõsequẽtia quia vle est vbiq̃ t semp ex ꝓmo posterior. Itez mors t cõbustio sũt accidntia t tñ nõ possunt adesse subictõ ꝓter eius corruptiõem. R.o ad primã t dico q̃ aĩa licet separata a corpore remanet forma mixti fm Sco. 2. di. 4. señ. tamẽ nõ remanet inesse pfecto t quieto Nullũ eñ corpus mixtũ aĩale hz simpliciter esse pfectũ t quietũ recedente aĩa: imo est statim in ꝓtinua tẽdẽtia ad resolutionẽ sui ad elemẽta: quia qualitates generãtes talem formã mixti sub corruptione fm illũ gradum fm quem conseq̃unt eam inesse pfecto t quieto. Anima etiã nõ inest corpori sicut forma accidentalis: cum ex ipsa t corpore ꝓstituat vnũ ens p se: nõ aũt ex subiecto t accidente. Ad scõm dicit̃ q̃ vniuersale nõ dicitur esse vbiq̃ t semp positiue: ita q̃ sit in quolibz loco t tpe. sed dicitur esse vbiq̃ negatiue: quia nõ determinat sibi locũ nec tempus: t sic añs in cõmuni bene est vbiq̃ t semp. Ad tertiũ posset dici q̃ mors t combustio nõ sunt ꝓpe accidentia: vt hic sumit̃ accidens. Accñs eñ in ꝓposito vt ꝓmissum est ꝺr qꝺ ꝑficit accidentaliꝫ illud qꝺ existit in se pfectum. Mors aũt et combustio non sunt hmõi: quia cum sunt corruptiões nõ sũt entia positiue: sed sunt ꝓuatiões entis. Aliter põt dici q̃ hz mors nõ possit subiecto adesse ꝓter subiecti corruptionem bene tamẽ abest absq̃ subiecti corruptione: vnde accidẽs ꝺr qꝺ adest t cuiꝰ ꝓsentia subiectũ nõ ꝓstituit: vel quod abest ꝓter subiecti corruptionem: t cuius abũdantia subiectũ nõ ꝺestruit: ita q̃ ly ꝓter cõstruit cũ abest: t, nõ cũ ly adest.

Consequenter auctor diuidit accidens qr quoddaz ẽ sepabile q̃ vicz hz cãm variabilẽ i subiecto: vt albedo vel sedere in homie. qꝺ quidem dicitur sepabile non q̃ remanet separatũ a subiecto. accidens eñ nõ potest manere sine subiecto naturaliter: licz bene ẋtute diuina: sicut in sacramẽto altaris remanet albedo sapor t q̃ntitas panis: substãtia pãis nõ remanẽte. Sed ꝺr sepabile quia de facile põt corrumpi subiecto remanẽte. Accidẽs ẋo inſepabile ꝺr quod de facile non põt separari a subiecto: quia habet causam in subiecto firmã t radicatã: vt nigredo in coruo. Coruus enĩ est complexionis calide: quia calor intensus adurit humiditatem t causat nigredinẽ. et si arguas q̃ ponere accidens inſepabile repugnat diffinitõi accidẽtis in qua ꝺr q̃ accidens est qꝺ adest t abest ꝓter subiecti corruptionẽ. Respondet porphirius q̃ nigredo separat̃ a coruo per intellectuz dicens q̃ coruus potest intelligi albus et ethiops nitens candore. Sed contra Intellectus semp ẽ verox fm Arist. 3. de aĩa. Si ergo nõ põt nigredo separari a coruo nõ poterit intelligi albus. Respõdetur ad istud q̃ coruus ꝺr posse intelligi albus: qr põt natura corui intelligi nõ cointellecta nigredine. Sz ista responsio nõ satisfacit: qr sic etiam põt intelligi subiectũ non cointellecta ꝓpria passiõe: cũ nõ sit ꝺ eius quiditate vl̃ essentia: t sic quo ad hoc nõ esset ꝺrña inter accidẽs ĩſepabile t ꝓpriã passioẽn. Dico ꝙ q̃ corvus põt intelligi albꝰ: nec intellectꝰ erit falsus qr nõ implicat ꝯdictionẽ corui esse albũ. Añ accñs nõ ꝺr inſepabile: qr nulloꝰ possit separi: sz qr nõ facil̃ separ̃. Posset eñ tolli illa intẽsio calorꝭ q̃ ẽ cã nigredis a corvo t tñ remaneret corꝰ. Añ ponũt qꝺã q̃ si ova corui vncta sãguie anserꝭ ponerẽt i loꝰ frigido: t ubi fouerent a corvo inꝺ gene

rarẽtur cõui albi: nõ sic de ꝓpria passione: implicat enĩ cõtradictionẽ scõm scotũ. 2. dist. 4. sen. subicũ esse sine ꝓpria passione. q; tunc conclusio demõstratõnis in q̃ ꝑdicat passio de subiecto eẽt cõtingens: ⁊ tũc scientia nõ esset de necessarijs et impossibilibus aliter se habere Quod ẽ falsũ ex ꝓmo posterioꝝ.

Sed contra hoc arguit dupl'r: primo modo sic. Subiectũ est ꝑius ꝓpa passione cũ ipa oriatur a ꝓncipijs eius essentialibus: ergo põt eẽ sine ea. ꝓbat cõsequẽtia: q; pr' põt esse sine posteriori. Item subiectũ est causa extrinseca passionis: ergo põt eẽ sine ea. ꝓbat consequentia: q; ꝺs ꝑt supplere causalitatem cuiuscunq; causę extrinsece. R°. ad primum qñ dicit q ꝑius põt eẽ sine posteriori. Dico q verũ eĩt quãdo eoꝝ nulla ẽ ꝓnexio necessaria ꝟm scotuꝫ. 2. di. 3. sc̃. Subiecti aũt et ꝓpe passiõis est necessaria cõnexio cũ ipa oriat a ꝓncipijs intrinsecis subiecti. Unde sicut subicũ nõ ꝑt esse sine suis ꝓncipijs eẽntialibus: sic non põt esse sine sua ꝓpa passione q̃ hu iusmõi ꝓncipia necessario consequitur. ¶Ad secũdũ ꝑ idem dico q ꝺs potest supplere causalitatẽ cuiuscũq; causę extrinsece qñ effect' ñ seq̃t nec̃rio tẽz cãz ¶Diuidit vlterius auctor accñs in cõe: et ꝓpriũ. Accñs cõe: sicut albedo in cõmuni: ꝓpriũ ꝺo sicut albedo sortis vel eius suuitas: ⁊ accidens ꝓpriũ hoc mõ dicitur ꝓprium indiuidui. Est aũt alia diuisio accidentis in accidens cõmune: qõ ꝺr accidens ꝑ accñs: q; vicꝫ non habet causã necessariã in subiecto: ⁊ accidens ꝓpriũ subiecti qõ dicitur accidẽs per se. ⁊ sic accñs cõmune distinguitur cõtra ꝓpriam passionem: accñs cõmũe hoc mõ est ꝑdicabile distinctũ ab accidente proprio.

Ommune est. ⁊c̃.

Hic auctor compat ꝑdicabilia adinuicem. Et primo dicit q oñia ꝑdicabilia in hoc cõueniũt q ꝑdicantur de pluribus. Deinde ponit qũo differunt adinuicem. Et primo compat genus ad alia dicẽs q in hoc differt ab alijs. q; ꝑdicatur essentialiter et ĩ quid de pluribus q̃ alia que sub ipo continẽtur. Cõsequẽter compat ꝺrñtiã ad alia dicẽs q ꝺrñtia differt a genere. Genus enĩ ꝑdicatur in quid: ꝺrñtia ꝺo in quale. Itẽ differt a specie et ꝓꝓo. q; ꝑdicat de pluribus ꝺrñtibus spẽ: illa autẽ nõ. Itẽ differt ab accñte. q; accñs suscipit magis et minus: ꝺrñtia aũt non: de quo magis videbĩt in ꝑdicamẽtis.

¶Si quer' quare auctor ꝺ ꝓmo agit' ꝺ ꝺrñtia q̃ de spẽ: cũ in ꝓcedeñ. fecerit oppositum. Respõdeo q ꝺ agit de ꝺrñtia: q; genus et differẽtia sunt ꝓncipia' spẽi ꝓncipiũ aũt est ꝑius principiato. In ꝓcedeñ. ꝺo post genus tractauit de spẽ q; genus et spẽs sũt correlatiua q̃ ex se mutuo cognoscũtur. Est aũt cõmũe spẽi et ꝺrñtie scõm porphirium semp adesse his que eoꝝ naturã ꝓticipant. Sortes enĩ semp est homo: et semp rationalis. Ex quo patet q nullo homĩe exñte ista est vera: sortes est hõ: scõm enĩ doctorẽ Aquilinum. s. Scotũ. xx. j. dist. 3. sen. ꝑdicatio ſupioris de inferiori est vera: licet inferius nõ existat. Cuius ratõ ẽ: q; supius est de eẽntia inferioris: ⁊ sic ipso rũ necessaria est habitudo: ⁊ ideo cõcepto sorte concipitur homo siue sit siue nõ Ũñ nõ sequitur: sortes est hõ: ḡ sortes est. q; ab est tercio adiacente ad est secũdum adiacens nõ valet cõsequẽtia: nisi in ꝑdicationibus accidẽtalibus. Insup compat auctor speciẽ ad alia ꝑdicabilia dicens q species differt a genere: q; genus cõtinet species suas sicut totũ vniuersale ꝓtes subiunctiuas: et nõ continetur ab eis: supple hoc mõ: bñ tamen continek ab eis sicut ꝓtes eẽntiales continenk a toto eẽntiali: cum supioraꝝ sint de esse inferioꝝ: vt dictũ est in ꝓcedentibus. Differt etiã species a ꝺrñtia: cũ ex pluribus differrẽtijs possit fieri vnum ⁊ nõ ex pluribus speciebus. Oñes enim ꝺrñtie collaterales cõtinẽtur in eadem

ſpecie: vt corꝑoreũ animatũ ſenſibile rationale in hoīe. Et ſi arguaꝝ q̃ ex duobus exiſtẽtib⁹ actu nõ fit vnũ ꝑ ſe ex. 7° metaphīce. differẽtie vero habẽt rõem act⁹ ⁊ forme. ℟°. q̃ vez eſt q̃ndo ſunt in actibus vltimatis et nõ carẽt pfectiõi actualitate: ſed ſic nõ eſt in ꝓpoſito: q̃ differẽtie ꝑores ſunt potentiales reſpectu vltime differẽtie: ſicut materia ꝓma cũ oñibus formis ꝑcedentib⁹ ẽ potentiale reſpectu vltime forme ꝑ quã ꝓnciꝑaliter eſt eſſe cõpletiuũ totius compoſiti ſm Sco. doctorẽ ſubtilẽ .ij. diſt. 4. ſen. Nõ ſic aũt ex duab⁹ ſpẽbus que habent eſſe in actu cõpleto fit tertia ſpẽs: bene tamẽ duo indiuidua diuerſaꝝ ſpecieꝝ cõcurrũt ad generatiõem alteri⁹ indiuidui: vt ex cõmixtiõe ꝓticlaris equi cũ ꝙſino generaꝝ mulus. Nõ tñ ꝓſtitutiꝫ mulus eſſentialr ex illis duabus ſpecibus. ſed eſt tertia ſpẽs diſtincta ab ipis Et ſi arguas q̃ generãs debet aſſimilari generato ḡ equus generans ⁊ mulus generat⁹ ſunt ſiles in ſpecie. ℟°. q̃ inter generãs ⁊ generatuꝫ aliq̃n eſt ſilitudo formalis et in forma ſpecifica: vt inẽ hominẽ generantẽ ⁊ hominẽ generatũ: vbi. ſ. eſt generatio vniuoca aliquando vero in forma cõmuniori. vt in ꝓpoſito Equus generat muluꝫ quibus forte eſt aliq̃ genus cõmune: puta iumentũ vel aliq̃ tale i quo ꝙuenĩũt. vt dĩt Ariſto. 7°. metaphīce. aliq̃n aũt inter generãs et generatũ eſt tm̃ ſilitudo virtualis: videlicet generãs habet in ſe virtualiter tantũ formã quã ꝓducit ⁊ nõ formaliter: vt cũ ſol generat calorẽ in medio. Species aũt differt a ꝓꝑio q̃ ſpẽs eſt ꝓior natura in ꝓpria paſſione.

Vbi ſciendũ. q̃ ꝓius nã aliq̃n ꝺr a quo aliud ꝺepender: poſterius vero natura q̃ꝺ ꝺependet ab alio: q̃ ḡ ꝓpria paſſio ꝺepẽꝺet a ſubiecto: ideo ſubiectũ naturalr eſt ꝓr⁹ ꝓpria paſſione ſiue ꝓprio: nõ tamẽ ẽ ꝓpter cum ſint idez realr nec ſeꝑant generatiõe nec corꝝptiõe. q̃ etiã ſpẽs ⁊ ꝓpriũ differãt: ꝓbat auc. quia eoꝝ termini ſiue diffinitiones ꝺrñt. Dicĩt aũt diffinitio termin⁹ ꝑ quandã ſilitudinẽ. q̃ ſicut terminus termĩat rem cui⁹ eſt terminus ⁊ includit totã eſſentiã ipius: ſic diffinitio claudit totam ſubſtantiã illi⁹ c⁹ ẽ diffinitio. Ꝺrt etiã ſpẽs ab accidẽte q̃ ſpẽs ꝑdicaꝝ in q̃ꝺ: accñs ℞o in q̃le

Circa q̃ notãdũ. q̃ accñs bene ꝑdicatur in quid de ſuis inferioꝛib⁹: vt color de albedine ſed ꝺr ꝑdicari in quale de illis quoꝝ eſt accidens. Dicĩt etiã accidẽs ꝑdicari in quo mõ ſe habet: ſicut in ꝑdicamẽto relatiõis. vt ſi querãt q̃o ſe hz ſoꝛ. ad platonem? ℟ñdet ſicut pater ad filiũ. Ꝺrt etiã ſpẽs ab accẽte: q̃ eſt ꝓꝛ nãlr ipſo.

¶ Demũ compat auc. ꝓpriũ ad accñs. De differẽtia enĩ ꝓpij a genere: ⁊ ſpẽ et ꝺrñia ſatis dictũ eſt in ꝑcedentibus. Differt aũt ꝓpriũ ab accidẽte: q̃ ꝓpriũ de vna ſola ſpẽ ꝑdicaꝝ: accidẽs vero de pluribus ſpẽb⁹. Item accñs pr⁹ inẽ indiuiduis ⁊ ꝑ poſteri⁹ generib⁹ ⁊ ſpẽb⁹. Nõ enĩ hõ vel aĩal currit: niſi q̃ ſoꝛ. vel plato currit. ꝓpriũ vero ꝑ pr⁹ inẽ ſpẽi: et ꝑ ſpẽm ineſt indiuiduis. vnde riſibilitas ꝓrius ineſt homini accipiẽdo in eſſe primo: ꝓ eo q̃ ineſt alicui ſm q̃ ipm. ſeu ꝙ rõez ꝓpã ⁊ nõ ꝙ aliõ ſz alijs ꝙ ipm. Sorti aũt nõ ineſt ꝓmo q̃ nõ ineſt ei in quantũ ſoꝛ. ſed in quantũ hõ. Item⁊ gen⁹ ſpẽs ꝺrñia ⁊ ꝓpriũ vniuoce ꝑdicanẽ. Accidẽs enĩ ℣o nõ ꝑdicaꝝ vniuoce ſed denomĩatiue. ¶ Ad cui⁹ euidentiã ſciendum q̃ ꝑdicatio vniuoca eſt ꝑdicatio per ſe: denomĩatiua vero ſtricte ſumpta eſt ꝑdicatio ꝙ accidẽs. ¶ Notandi ſunt modi dicendi ꝙ ſe de quib⁹ agit Ariſt. primo poſterioꝝ. ℙrim⁹ modus eſt q̃n diffinitio vel ꝑs diffinitionis ꝑdicaꝝ de diffinito: vt homo ẽ aĩal rõnale. Secundus modus eſt quãdo ꝓpria paſſio ꝓdicaꝝ de ſubiecto: vt homo eſt riſibilis. Tertⁱ⁹ non eſt modus ꝑdicandi: ſz eſſendi ſm Sco. in ꝓlogo ꝑ. ſen. q̃one de ꝓpꝛi. Aĩ hoc mõ aliq̃d ꝺr eſſe ꝑ ſe. i. ſolitarie. Quart⁹ modus ẽ q̃n ſubõ includit ꝓpria rõ inherẽtie ꝑdicati: ſz nõ

necessaria inherẽtia vt voluntas vult ⁊ cali dũ calefacit. Iste eñ lz sint ptingentes tñ sunt inmediate. Iste modus assignaꝯ sic a Scoto. 7. dist. 3. señ. licet ab alijs aliter ponaꝯ.

Notandum q̄ fm eundẽ doctorez ibidẽ: Drña ẽ inẽ vniuocũ ⁊ vniuoce p̄dicari. Vniuocũ eñ p̄dicatũ ōr cuius ꝯceptus est in se vnus. Et hoc mõ albũ dictũ de ligno ⁊ lapide est p̄dicatũ vniuocũ: ⁊ talis p̄dicatio est denominatiua. Vniuoce Xo p̄dicari est qñ rõ seu diffinitio predicati includiꝯ ī diffinitiõe subiecti: sic nõ p̄dicaꝯ album de lapide qz rõ eius nõ includiꝯ in rõne lapidis. Predicatio igiꝯ vniuoca ꝓpe est p̄dicatio essentialis seu ī p̄mo mõ dicendi p se. Et sepe a doctore subtili vocatur predicatio formalis: quia predicatum est de rõne formali seu diffinitiõe quiditatiua subiecti. Et sic gen⁹ spẽs et drñia p̄dicanꝫ de his ī quib⁹ essentialiꝫ cõtinenꝫ. Sic aũt sumendo p̄dicari vniuoce ꝓpriũ nõ p̄dicaꝯ vniuoce cũ nõ sit de diffinitiõe q̄ditatiua illi⁹ cui⁹ ẽ proprium. Qz aũt hoc dicit Petrus hispan⁹ põt dici p̄dicari vniuoce magis large sumendo p̄dicationez vniuocã: qz vicz nõ est accñs p accñs: sed ineſt subiecto necessario ⁊ in scõo mõ dicẽdi p se: tum qz lz nõ ptineaꝯ in subiecto suo essentialiꝫ seu formaliter: ptineꝫ tñ virtualiter: tñ etiã qz sepe ꝓprie passiões ponunꝫ in diffinitiõib⁹ loco drñia ⁊ essentialiuz: q̄ plerũq; nos latent: q; nas circũloq̄mur p ipas passiones. Predicatio denoiatiua dicit illa in qua p̄dicatũ ōr ineſſe subiecto ī quadã adiacẽtia siue formali inherentia p quã formã subiectũ denoiatur: vt hõ dicit albus ab albedine. Et ista ꝓprie ōr p̄dicatio p accñs: ⁊ hoc triplr: vt habeꝫ p̄mo poste. ioz. aliquãdo eñ accidens p̄dicaꝯ de subiecto: vl subiectũ de accñte: aut accñs de accidẽte. ⁊ ad hanc põt reduci p̄dicatio scõe intentiõis ī cõcreto de suo fundamẽto: vt aĩal est vniuersale: vel aĩal est genus. põt etiam reduci p̄dicatio fundamẽti de intentiõe: vt dicendo nomẽ est vox: vl gen⁹ est qõ p̄dicaꝯ. i. intentio attributa ei q̄ p̄dicaꝯ seu denominãs id qõ p̄dicaꝯ. Large ãt extendiꝫ p̄dicatio denomiatiua ad accidens sumptum ꝓ eo qõ est extraneuz a rõne alicui⁹: cuiusmodi ẽ p̄dicatio generis ō drñia ⁊ ecõuerso. ⁊ idem ōr de subiecto ⁊ ꝓpria passiõe: sicut etiã dicit doctor subtilis. 12. dist. ij. señ. ⁊. q. quoliꝫbetoz. Hõ solũ est p̄dicatio denoiatiua accidẽtis ad subiectũ: sed etiã forme ad subiectũ ꝓprie nature. vnde ista est denomiatiua ⁊ in p̄mo mõ dicẽdi p se. hõ est animat⁹: lz ista sit ꝑ accidẽs. Corp⁹ est animatũ. Predicatio etiã denoiatiua aliqñ ab eodem doctore Scoto vocaꝯ p̄dicatio formalis. Eñ. 5. di. p. sen. dicit q̄ adiectiua verba ⁊ ꝑticipia p̄dicantur formaliter: qz significãt formã ꝑ modus informant: nõ denoiatiue ōr ō subiecto

¶ Declarat ꝓñter auct. quid sit p̄dicari equiuoce di. q̄ p̄dicari equiuoce est predicari vno nomĩe ⁊ diuersis rõnib⁹ sumptis fm illud nomẽ. vt canis vno nomine p̄dicaꝯ ō aĩali latrabili pisce marino et celesti sydere. Hõ tñ dicit aliquã rationẽ seu diffinitõem aut ꝯceptũ ipis cõmunẽ. Dicit etiã q̄ ens nõ p̄dicaꝯ vniuoce de substãtia ⁊ accidẽte: sz eq̄uoce: qz fm diuersas rõnes. qz rõ entis fm q̄ ōr de suba ẽ ens p se: scõm Xo q̄ ōr de accñte ẽ ens in alio. Sequẽdo opinionẽ doctoris subtilis oppositũ ẽ dõm: vt dictum ẽ in p̄cedẽti ca⁹. de gñe. Hec ratõ auct. cogit. Eodez eñ mõ posset ꝓbari aĩal dici equiuoce de hoĩe ⁊ de equo arguẽdo vicz: q̄ rõ aĩalis fm q̄ ōr de homine ẽ aĩal rõnale: ⁊ fm q̄ ōr de equo est aĩal irrõnale. Dico ꝯ q̄ sic ꝯceptus aĩalis q̄ ōr de hoĩe ⁊ de equo abstrahit a rõnalitate ⁊ irrõnalitate: sicut ꝯcept⁹ entis q̄ ōr de suba ⁊ accñte abstrahit ab esse ꝑ se ⁊ abesse in alio: nec hoc nec illud includit: sz ẽ indifñs ad vtrũq;. Est aũt alia p̄dicatio q̄ vtunꝫ theologi in diuinis que dicitur identica.

¶ Ad cuius euidentiã sciendũ q̄ essentiale ī diuinis fm doctorẽ subtilẽ Sco-

prima. q. quolibet oz nō distinguit ꝓtra accidentale eo mō quo sumit a phīs. de quo dictū est ca. de ꝓprio: sz distinguit contra notionale: vñ quia essentia diuina ē vna numero in tribus ꝓsonis illud dicit essentiale quod ē simile essentie in modo predicandi et cōmunitate reali. Et sic illa dicunt essentialia que sūt cōmunia tribus personis: vt potentia sapientia bonitas: ꝛ sic de alijs. Notionalia vero dicunt illa per que notificat distinctio ꝓsonarū diuinaꝝ: vt paternitas filiatio ſpiratio. ꝛ sic ō alijs. Et talia nō sunt cōmunia tribus ꝓsonis. Ipsa autē essentialia sunt formaliter infinita Notionalia autez nō sunt infinita nisi rōne idēptitatis cum essentia. Predicatio ergo abstracti de abstracto vbi vnū extremum vel ambo sunt infinita ē vera identice: vt sapientia est bonitas vel paternitas: quia infinitum identificat sibi q̄d cunq; cōmuni possibile. Quod sic ꝓbatur: quia infinitū non est componibile. Omne enim quod potest cum aliq̄ componi potest esse pars: ꝛ ꝓ ꝓsequens excedi: quia totum est maius sua parte. Nō esset autē omīno incomponibile ad aliquod componibile sibi in eodem supposito sed non esset omnino idez sibi: q̄ tūc esset ibi aliqua compositio saltem actus ꝛ potentie. Infinitū ergo identificat sibi quodcūq; cōpossibile. Ista autē paternitas ē filiatio: nō est vera identice: quia neutruz est formaliter infinitū: de q̄ magis habet videri in theologia.

De predicamentis

Decognoscendum ꝛc. Hic determinat auctor de p̄dicamentis: vbi sciendū q̄ p̄dicamētū ꝑt sumi dupliciter. vno mō ꝓ gñe gñalissimo cuiuscunq; p̄dicamenti Alio mō ꝓ tota coordinatōe p̄dicabiliū ſm sub et supra.

Notandū vlteri⁹ q̄ metaphisicus tractat de p̄dicamentis in quantū sunt quedā entia: logic⁹ vo in q̄ntū fundāt scōas intentiones: cuiusmodi sunt subici ꝛ predicari. Ad declarationem aūt p̄dicamentoꝝ ꝑmittit tres diffinitiones: duas diuisiones: ꝛ duas regulas: que dicunt anteq̄ dicamēta. Est autē anteq̄ dicamentū quedā noticia valens ad cognitionē predicamētoꝝ habē dā. Premittit ergo diffinitōz eq̄uocoꝝ vi.

Equiuoca dicunt quoꝝ nomē solū cōmune est: ꝛ ſm illud nomē ratio subiectē est diuersa: vt canis est equiuocuz ad canem latrabilem piscem marinū ꝛ celeste sydus: quia solū nomen est eis cōmune: nō aūt q̄eniūt in aliqua diffinitione sumpta ſm illud nomē canis: licz bene cōueniāt in diffinitōe corporis: ꝛ ō notanter dicit ſm illud nomen.

Notandū insup q̄ duplex est equiuocū: videlicz equiuocū equiuocās: ꝛ equiuocū ad equiuocatū. Equiuocū equiuocās est dictio eq̄uoce plura importans. Equiuocū equiuocatū sunt ipe res equiuoce importate: ſm quosdam hic diffiniunt equiuoca equiuocata nō equiuocantia: sed oppositum videt veri⁹: quia diffinitio nō est rerum sed nominū. Unde. 4. metaphice dicit q̄ rō quā significat nomē est diffinitio. ponit aūt equiuoca dicunt nō equiuoca sunt: quia hoc mō sepe Aris. loquit ſm opinionē antiquoꝝ doctoꝝ. Equiuoca ergo dicunt. ſ. a doctorib⁹ antiquis: et ponit equiuoca in plurali nūero ad denotandū pl'alitatē huiusmōi eq̄uocoꝝ. Item equiuocans est duplex. ſ. a casu ꝛ a cōsilio. Equiuocū a casu est dictio plura eque significās p̄mo vt canis. Equiuocū a ꝓsilio ē analogū: qs̄ ſt vnū ꝓ cōpositiōez ad aliud: vt aīal significat aīal pictū ꝓ cōpositiōez ad aīal viuum. Ubi

Sciendū q̄ analogū nō ē mediū int vniuocū ꝛ eq̄uocū: cū ipa sint īmediata: vt ptz ex rōnib⁹ ipōrum. Omne ei analogū ē vniuocū vl' eq̄uocuz Nā q̄dam analoga sunt equiuoca: vt animal est analogū et equiuocum ad aīal viuū: et ad aīal pictū. Quedā vero sunt vniuoca: vt ens ē vniuocū ad deū ꝛ creatura ſubam ꝛ accns: vt diffuse declarat

doctor subtilis Scotus. dī. 3. et. 8. p. sē. licet sit analogon ad ipa: cū accūs habeat attributionē ad substātiā: ⁊ creaturā ad deum: vñ licet attributio sola nō ponat vnitatē vniuocatōnis: q: vnitas attributionis minor est vnitate vniuocatōnis. Minor aūt vnitas nō arguit maiorem: tamen minor vnitas pt stare cū maiore: sicut que sunt vnum specie: sūt vnū genere: licet vnitas generis sit minor vnitate speciei. Hoc patet p phm. x. meta. vbi ponit ordinē essentialem inter species eiusdē generis. q: ibi vult q in quolibet genere est vnū qđ est mēsura aliorum. Mensurata aūt habent ordinē essentialē ad mēsurā: ⁊ tamē nō obstante tali attributōne nullus negat cōceptus generis esse vnum.

Sciendū vlterius q in diffinitōne equiuocor nomē non sumitur put distinguitur ab alijs ptibus oratōnis: cum eq̄uocatio et vniuocatio non solū reperiātur in nomīe sed etiam in verbo: sed sumit ibi nomē p dictōne

Notandū q substantia potest capi dupliciter fm Aristo. 5. metaphīce. Uno mō put substat accētibus: et sic est p̄dicamentū distinctum ab accidētibus: et sic nō sumitur ī ꝓposito cum equiuocatio reperiat in accūtibus. Alio modo substantia sumitur p qualibet rei essentia seu quiditate: ⁊ sic sumit in ꝓposito. Ratio etiam in ꝓposito sumitur p conceptu vel diffinitione. Unde ratio substantie dicitur cōceptus vel diffinitio essentie.

Consequenter auctor ponit diffinitionē vniuocorum: dicens q vniuoca dicūtur quor nomē cōe est: ⁊ fcōm illud nomē ratio substātie ē eadem: vt hoc nomen animal ē vniuocū ad hominē ⁊ equū: q: eius rō siue diffinitio. s. substantia corporea animata sensibilis ipis cōuenit. Et patent omnia q̄ ponūtur in diffinitōne vniuocorū per ea que p̄dicta sūt de diffinitōne eq̄uocorū.

Deinde ponit diffinitionē denomīatiuor dicens q denomīatiua dicuntur quecunq; ab aliquo solo casu differēt q sunt: et fcōm illud nomen habēt appellationem: vt a fortitudine fortis: ab albedine albus.

Notandū circa illud q denomīatiua sunt concreta: ⁊ sunt duplicia: quedam ī generib⁹ accidētiu: ⁊ quedā in genere substātie. Concretu in generibus accidētiū dicit quod importat subiectū cū accidēte: vt album. Abstractum vo importat solu accidēs: vt albedo. Concretū vero in genere substātie fcōm Scotum. 5. distī. p. sen. importat naturam cū suppōsito: vt homo. Abstractum vo importat pcise ipam naturam vt humanitas. Denominatiua igit id ē pcreta differūt ab aliquo. i. ab abstracto a parte vocis solo casu. i. sola cadentia seu finali terminatōne vocis: cū conueniat in ꝓncipio ipsius voc: vel fcōm scotum. xj. dī. 2. sen. drīt solo casu. q: concretum importat cadentiam vel dependentiā accidētis ad subiectum vl forme ad suppositum quod denominat. Non aūt abstractū. Et ista drīa est in modo significandi.

Notandū etiā q circa hoc ē aliter dicendū fcōm grammaticū: ⁊ aliter fcōm logicū. q: enī grāmaticus considerat nominū impositiones: ideo fcōm ipm abstractū descendet a cōcreto: vt iusti addita tia fit iusticia. quia vo logicus magis cōsiderat ipas res in q̄ntū sunt fundamēta secādarū intentionum: ideo fcōm ipm concretū denomīatur ab abstracto: vt paries denomīatur albus ab albedine sibi realiter inherēte. Concretū igit venit ab abstracto: q: prius est rem esse fcōm se: sicut significatur per abstractum q̄ ipam ineesse alteri: sic significatur per concretum.

Deinde ponit auctor duas diuisiōes quarū ꝑma est: q eorum q̄ dicūtur: quedam dicūtur cū cōplexiōe: vt homo curit: quedam sine cōplexione: vt homo.

Circa quod notandū q cōplexa dicunt ea que cōplectūtur plures termios vel dictōes. Est aūt triplex complexio. s. re

rum tantū: scz quando est vna vox simplex et plures res importare: vt album. Alia est cōplexio terminox tm̄: scz quā do sūt plures termini importātes eādē rem: vt Marc⁹ tulli⁹. Alia ē rerū ⁊ terminox simul: vt in ꝓposito. Dici etiā, in ꝓposito tm̄ valet sicut ꝓ vocem ꝓferri: vel significari. Et si arguatur q hec diuisio nō sit bona: qz scōm Boetiū ī li. diuisionū: diuisio dz dari ꝑ opposita: sz incompletū nō opponit cōplexo: cuz sit eius ps. Respōdeo q incōplexū cuz sit quoddā cōcretū pōt sumi dupliciť. scz: formaliter ꝑ ipa rōne incōplexionis: vl materialiter ꝑ eo qđ subest tali ratōni. primo mō opponit cōplexo: scōo mō ñ.

Ad declarationē aūt secūde diuisiōis ponit auctor octo modos essendi in: qui pñt hñi ꝑ hos x̄us. Insunt ps toti species generi calor igni. Rex in regno: res in fine locoꝝ locatū. Primo eī mō dicitur aliquid esse in sicut ps integral in suo toto: vt paries in domo esse habz quia est aliquid eius. Secūdo mō sicut totū integrale in suis ptibus: vt domus in tecto: in pariete: ⁊ fundamēto: qz scz ex ipis integratur. Tercio mō sicut species in genere: vt hō in animali. qz vicz sub ipo cōtinetur. Quarto mō sicut genus in spē: vt aīal in hoīe: qz ē ps eēntialis eius. Quito mō sicut forma ī materia siue sit forma substātialis: vt aīa in corpe: siue forma accidētalis: vt albedo in pariete. Est aūt substātialis forma illa q̄ dat eē simpliciť: siue eē subale Forma x̄o accīntalis q̄ dat eē scōm qđ. siue accidētale. Cognoscitur aūt forma subalis ab accīntali scōm Scotū. 12. di. 4. sen. qz ꝑdiu ꝓceditur in subialib⁹ sq̄ posterior ē pfectior ꝑore: vt aīa aduenies corpi est pfectior forma corporis. Quādo aūt deuenit ad accīntalē sequēs ē pfectior vltima ꝓcedēte. Sexto modo dr̄ aliqđ esse in sicut in suo efficiēte: vt regnū in regēte. Septimo mō siē in suo fine: vt virtus in beatitudīe: qz vi delicet ordinatur ad beatitudinē. Octauo mō sicut vinū in suo vase: vel locatū in loco: qz ab ipo continetur.

Consequenter auctor ponit secūdā diuisionē dicens q eorū que sunt q̄dā dicūtur de subiecto: in subiecto x̄o nullo sūt: vt genera ⁊ spēs et drīntie substātie que dñr de subiecto: id ē de suis inferioribus: ⁊ nō sūt in subiecto: sicut accīns cū sint subie. Aūi dici de subiecto vt h̄ sumitur: est ꝑdicari de suo inferiori: vt homo de sorte ⁊ platōe. Esse x̄o in subiecto ē esse in aliquo sic accīns in subo: qō scz inheret substātie.

Si arguatur cōtra predicta q forma substantial ē in forma sicut aīa in corpe: ergo ē in subiecto. Respōdeo: q nō est ī subicō sicut accīns cū ex ipa et materia cōstituat vnum ens ꝑ se: nō aūt ex subiecto et accīnte. Alia x̄o nec dicūtur de subiecto: nec sūt in subiecto: vt in diuidua substantie q̄ nō dñr ō subiecto: cū non habeāt aliquod inferius sub se: nec sūt in subo cū non sint accidentia. Alia aūt sunt que dicūtur de subo: ⁊ in subo sūt: vt gña et spēs nouē ꝑdicamentox accīntiū: q̄ dñr de subo scz de suis inferioribus: ⁊ sūt in subo cū sint accīnta. Alia x̄o in subicō sūt: de subicō x̄o n̄ dicūtur: vt individua de generib⁹ acc̄ cidētiū: vt h albedo: hec nigredo: q̄ sūt in suba sicut ī subo: ⁊ nō dicūtur de subiecto cū ñ habeāt aliquod inferi⁹ sub se.

Contra hāc diuisionē arguit sic: qz ꝑm Boe. oīs bona diuisio debz esse bimēbris. Cū deo q verū ē: sz adde vel reducibilis ad bimēbrē. Et sic ē in ꝓposito. Nam incōplexa significant subam vel accīns. Si subiam vel vlem vel ꝑticularē: si vlem sic ē primus modus: si ꝑticularē: sic ē secūdus modus: si accīns hoc ē dupliciter: qz aut accīns vniuersale: ⁊ sic ī ē tercius mod⁹: aut ꝑticulare: ⁊ sic est quartus modus.

Ulterius auctor ponit duas regulas quarū ꝓma ē hec. Quādo alterū de altero ꝑdicatur vt de subicō: quecūq; ō eo qō ꝑdicať dicūtur: etiā oīa ō subiecto dicuntur: vt sortes est homo: hō est aīal ergo sortes ē animal. Cūbi notādū: q hec regula habet veritatem quādo ē

pdicatio essentialis supioris de inferiori: Et hoc notatur p illud qđ dicitur vt de subiecto. et ideo si arguatur: sortes ē homo: homo est spēs: ergo sortes ē species: nō valet. qr cū species sit secūda intentio et ens rationis nō pdicatur essentialiter ō homīe. Secūda regula hec est: Diuersorum genex t nō subalternatim positox diuerse sūt species t drīie: vt aīalis t sciētie: que sūt diuersa gña. Drīie enī aīalis sunt rationale t irrationale. Drīie vo scientie sūt morale t naturale et sermocinale. Dicūtur autē genera non subalternatim posita: quoū vnū nō ponit sub altero: vt sunt diuersa predicamēta. ¶ Si arguatur contra: qr corpus ponitur inter species substantie et quātitatis: Respondeo q corp' pōt accipi vno mō put dīē trinā dimēsionē: t sic est in genere ēntitatis. Alio mō p illo cui inest tpa trina dimēsio: t sic ē in genere substantie. ¶ Ponitur aūt hec regula ad cognoscendū q eētie pdicamētox sunt inpermixte. Cū enī genera sint idē eētialiter cū suis speciebus: si gña sunt diuersa: species etiā erūt diuerse.

Circa quod notandū q licz inter alīq genera sit distinctio realis: vt patet in subia quantitate t qualitate. Quantitas enī t albedo panis remanēt in sacramento altaris absq; subia panis: tamen ad distinctionē pdicamētox sufficit distinctō formalis: seu rationū formaliū ipsorum. t sic eētie pdicamētox sunt inpermixte formaliter: vt ēm ait Aris'. Nihil prohibet idez pluribus generib' enumerari. Vñ vt ponit doctor subtilis Sco: 13. q. quolibetox. Relatio quā habet act' intelligendi ad obiectum ē ꝓpe de genere relationis: t tamē est idē realiter cuz actu intelligendi qui ē quedam qualitas. Ad distinctōez g pdctōx sufficit distinctio formalis. Illa aūt distinguūtur formaliter ꝑm eundē doctorem. 2. dist. p. señ. quox vnum nō includit aliud in primo mō dicendi per se. Est aūt primus modus dicendi p se quando diffinitio l' ps diffinitionis pdicatur de diffinito. Ista aūt distinctio formalis licet non sit realis ꝓpe dicta: tamē nō est distinctio ratōnis seu fabricata p opus intellect'. Unde cū idēritate reali stat distinctō formalis et ex natura rei: quod declarat doctor vbi s accipiendo albedinez que est vna res et forma simplex: hec ꝓuenit cū nigredine in ratōne coloris: t differt a nigredine p propriā drīiam specificam. Cum ergo idem nō possit a parte rei per idem cū alio differre et cōuenire: oportz q realitas a qua sumit genus albedis: per quā cōuenit cū nigredine sit alia a parte rei a realitate a qua sumitur drīia p quā differt a nigredine. Nō est aūt alia realiter cum albedo sit simplex forma: g est alia formaliter t ex natura rei: cū ista ꝓueniētia albedinis t nigredinis sit a parte rei secluſa oppōne intellectus. •

Sed ꝓtra arguitur sic Oē ens aut ē reale aut ratōis: ergo oīs distinctio aut est realis aut est ratōis. Cōsequētia ꝑz: qr distinctio est passio entis ex ēgto metaphisice. Respōdeo q distinctō realis est duplex: quedam ē large sumpta: t q̄dam stricte. Distinctio large sumpta est oīs distinctio q̄ habet esse circūscꝛpto oīi opatōne intellectus. Et de ista dico q verum ē q sicut oīe ens aut ē reale aut ratōnis: sic oīs distinctio aut ē realis id est nō fabricata p itellectū: aut rationis. i. fabricata per opus intellect' Alio mō distinctō realis sumitur stricte p distinctione que est inter duas res q̄rum vna est generās: alia generata: vel quax vna potest corrūpi alia remanēte. Et de ista nō est verū q oīs distinctō sit realis vel ratōnis. Distinctio enī formalis nō est realis hoc modo: qr nō est inter rem t rem. Nec ē rōnis: qr nō ē fabricata per opus intellectus. De varijs modis distinctionum reperies. 3. c. pri. phīcorum.

De predicamentis in generali.

Aterius determinat auctor de ꝑdicamẽtis in generali dicẽs: q̃ terminoꝝ incomplexoꝝ singlim aut significat substam vt hõ: aut quantitatem: vt bicubitũ: aut ad aliq̃d: vt duplũ: aut qualitatẽ: vt albedo: aut actionem: vt secare: aut passionẽ: vt secari: aut q̃n: vt heri: aut vbi: vt in loco: aut situm: vt sedẽre: iacere: aut habitũ: vt calciatũ eẽ.

modus est relationum fundatarũ super mẽsurabile et mensurã: vt sciẽtia referr̃ ad scibile: ⁊ intellectio ad intelligibile: qꝺ est verũ nõ de mensura quiꝺitatiua: sed ꝼm esse et ẏitatem. Actus enĩ intelligendi est aptus natus mẽsurari: id est actualiter dependere in entitate ⁊ cognoscibilitate ab obiecto ꝓticipãdo ipm̃ sic̃ similitudo illius cuius est. Est aũt ibi relatio realis aptitudĩalis ⁊ nõ actualis. Et ideo notãter dicitur mẽsurabilis ad mensurã et nõ mẽsurati. Cũ eĩ obiectũ nõ existit vel sciẽtia causatur a deo: tunc ñ mẽsurat̃ actui a scibli: vt declarat scotus. 13. q. quolibeto ẓ. ¶ Et si arguatur ꝙ obiecto nõ exñte nõ habetur scientia de eo: qz vt dicit hic Aristo. Corrupta re scibili corrumpit̃ sciẽtia q̃ ꝺ eo. Rº ꝙ illa auctoritas ꝓbi est vera: corrupta re scibili q̃ntũ ad esse essentie ⁊ esse existentie. Et si arguas ꝙ si corrumpat̃ res quãtũ ad eẽ existẽtle: corrũpitur quãtuz ad esse essentie: cũ non sit dare esse eẽntie sine esse existentie. Respõdeo ꝙ esse essentie nõ remanet extra intellectũ sine esse existentie: bñ tamẽ remanet in intellectu: ⁊ hoc sufficit. ꝼm enĩ Scotum. 7. q. quolibeto ẓ. Sciẽtia non req̃rit exñtiam: sed solas q̃ditates in anima. est aũt in ꝑmis duobus mõis relatiuoꝝ mutua dependentia. Duplum eĩ rĩr referr̃ ad dimidium: ⁊ ecõuerso: similiter pater realiter referr̃ ad filiũ: ⁊ ecõuerso. Non sic in tercio mõ: licet enĩ sciẽtia realiter referatur ad scibile: nõ tñ ecõuerso. ex q̃ patet ꝙ illa ꝓprietas ꝙ relatiua dicunt̃ ad ꝙuertẽtia nõ ꝙuenit nisi relatõnibus ꝑmi et secũdi mõi loquẽdo de ꝙuenientia reali: licet enĩ sciẽtia realiter referat̃ ad scibile: nõ tñ ecõuerso. Illa enĩ res q̃ est scibilis: vtpote lapis nõ refertur realiter ad sciẽtiã: licet etiã scibile in q̃ntũ scibile referat̃ ad sciẽtiam: nõ tñ relatõe realis: sed rationis tantum.

De ꝑdicamento qualitatis. Qualitas. ⁊c.

Hic auctor determĩat de ꝑdicamento qualitatis: et describit qualitatẽ dicens: ꝙ qualitas est scõm quã quales esse dicimur: vt scõm albedinẽ dicimur esse albi. ¶ Ad cuius euidẽtiã sciendũ: ꝙ qualitas põt̃ sumi dupliciter: vno mõ ꝑ forma de genere q̃litatis que qualificat subiectũ accidentaliter: alio mõ ꝑ drĩa eẽntiali cuiuslibet generis q̃ ꝑdicat̃ in q̃le. In diuinis aũt licet nõ sit drĩia ꝓpẽ: tñ illa que habẽt rationẽ actus vel quasi forme pñt dici qualitates. Unde ꝼm Sco. di. xxvj. ꝑ. sen. Attributa diuina dicũtur illa que ꝓficiũt eẽntiam in eẽ secũdo quasi qualitates: vt charitas: sapientia: veritas: bonitas. Mõ sic aũt se habent intellectus et volũtas: sed sũt quedã ꝓfectões intrinsece in eẽntia ꝑsupposite oñi q̃ntitati et qualitati: ⁊ sic qualis nõ est in gñe: sed sumit̃ transcẽdẽter.

Notandũ ꝙ licet abstractum sit ꝑ natura cõcreto sicut causa suo effectu formali: tamẽ cõcretum est nobis notius: ⁊ iõ q̃litas notificat̃ ꝑ suũ cretũ: vt ꝑ notius nobis. Quale vero notificat̃ ꝑ abstractũ et ꝑ ꝓius simplr.

Notandũ etiã ꝙ dicimur in hac descriptione referri ad substantiaz in cõi. Qualitas ergo est scõm quã nos substantie dicimur: id est denominamur accidentaliter quales. et ponitur accñtaliter ꝓpr̃ drñtias eẽntiales a quibus essentialiter dicimur quales.

¶ Qualitatis quattuor sũt species. Hic ponit auctor q̃ttuor spẽs: quarũ ꝑma est habitus et dispõ. est aũt dispõ qualitas de facili mobilis: habitus ẋo de difficili mobilis. Unde habitus et dispositio tñ drñt ꝼm ꝓfectũ et imꝑfectũ: et iõ faciũt ꝑmã spẽm qualitatis. Perfectum eĩ et imꝑfectum vt vir ⁊ mulier nõ variant spẽm ꝼm Aristo. in li. de animalibus. Cũ eadem qualitas vt virtus l'sciẽtia dũ est in fieri et in esse imꝑfecto dicitur dispositio: dũ ẋo habet esse ꝓfectũ ꝑmanẽs et radicatũ in subiecto dicit̃ habitus. et dicit auctor ꝙ oñis habit⁹ potest dici dispositio: licet non econuerso: quod verũ est nõ quidem sumẽdo dispo

stitionem stricte ꝓ qualitate de facili mobili: sed large ꝓ oñi qualitate disponẽte subiectũ suũ ad opationem: siue perfecte: siue imꝑfecte: ⁊ oñes tales qualitates ponũtur in hac specie siue sint corporales: vt calor: frigiditas: egritudo: sanitas: siue spirituales: vt actus intellectus. Unus eñ actus ad alĩ inclinat: ⁊ ex ipis generãtur habitus. Item species intelligibiles habitus intellectuales vt intellectus sapientia: ⁊ morales vt iustitia et castitas: ⁊ hmõi: et vtutes infuse: vt fides: spes: charitas ponũtur ī hac specie. ¶ Notandũ tamẽ q̃ habitus potest tripliciter sumi. Uno mõ ꝓ quacũq; forma habẽte priuationẽ sibi oppositam. Allio mõ ꝓ inherẽtia corporis ad ea que sũt circa corpus: et sic ẽ ꝑdicamẽtum distinctum ab alijs: Tercio modo pro qualitate disponente suum subiectũ ad operationẽ: ⁊ sic sumit in ꝓposito.

Arguitur tamẽ contra predicta sic: Nullum ens rationis est de genere qualitatis: cũ qualitas sit ens reale: sed scientia est ens rationis: ergo nõ est de genere qualitatis. Respõdeo: q̃ ens rationis potest sumi triplicit̃ ſm Sco. di. 4. sen. Uno mõ ꝓ illo q̃ habet esse in aĩa subiective: vt spẽs act⁹ et habitus. Allio mõ obiective: sicut vniuersalia sũt in aĩa ꝓ spẽs a rebus causatas vel a deo impressas. Tercio mõ ꝓ compatione q̃ intellectus compat vnũ obm̃ cognitũ ad aliud obiectum cognitum. Cũ ergo dicit̃ q̃ nullũ ens in aĩa est de genere qualitatis: verũ est de ente in anima tercio modo dicto. Tale eĩ ens est relatio rationis cuiusmodi sũt secunde intentiones: nec habẽt aliquod eẽ reale: sed habent tm̃ esse obiective in intellectũ.

¶ Secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia aliquid facile faciẽdi vel patiẽdi: vt sanatiuus dicit̃ aliq̃s: q: hz naturalẽ potẽtiã ad faciliter resistẽduz suis cõtrarijs ⁊ nocuis: egrotatiuus ℞o eo q̃ habet naturalem impotẽtiam ad hmõi: sic durũ habet naturalẽ potentiaz: vt nõ cito secet̃. Molle ℞o habet naturalẽ potẽtiã ad hmõi. Cursores quoq; et pugilatores dicũtur nõ qui actus illos exercẽt: sed q̃ habent naturalẽ potẽtiã ad faciliter hmõi actus exercendos. ¶ Circa quod notanduz q̃ ꝓ naturalẽ potẽtiam vel impotentiã circumloq̃tur Aristo. quãdã spẽm subalẽ nam qualitatis comꝑhendentem oñes facilitates vel difficultates naturales ad agendum vel patiendum.

Notandum q̃ potentia ꝑt capi tripliciter. Uno mõ pro respectu potentie ad opationẽ: ⁊ sic pertinet ad genus relatõis: vl̃ ꝓ fũdamẽto talis respectus: qõ est absolutũ ⁊ ꝑncipiũ oppõis: sicut intellectus et voluntas sunt principia ꝓductiua intellectõnis et volitionis: vel ꝓ facilitate et agilitate vtendi huiusmodi potentia. Hoc tercio mõ sumit̃ naturalis potentia in ꝓposito scõm scotũ. 14. di. 2. sen. vt patet ꝙ exẽplũ de cursore et pugillatore: non aũt secũdo mõ intellectus et volũtas cũ sint pfectones intrinsece ipius anime: ⁊ ſm augusti. 5. de tri. sũt vna mens vna eẽntia: vna vita. Non sũt accẽntia ipsius anime sz ponũtur in eodẽ gñe cũ ipsa.

Hoc idẽ ponit Bonauẽtura licet aũt huiusmõi potẽtie sint idẽ realiter cũ aĩa distinguit̃ tn̄ formaliter: de quo alꝫ magis videbitur. Itẽ notãdũ q̃ ꝑma ⁊ secũda species q̃litatis drñt: q: facilitates naturales ponũtur in secũda spẽ. Dispones ℞o et habitus acq̃siti in ꝑma. vt facilitas naturalis ad pugnãdũ ponit̃ in secũda specie. Acq̃sita ℞o ꝓ artẽ et exercitium ponũtur in ꝑma. Sic egrotatiu⁹ ꝓut dicit difficultatẽ naturalẽ ad resistendũ cõtrarijs et egritudinẽ causantibus: ponitur in secũda spẽ. Ipa ℞o egritudo acquisita ponit̃ in ꝑma: q̃ si sit de facili curabilis dicitur dispositio: si ℞o sit incurabilis dicitur habitus. Itẽ naturale põt capi dupliciter. vno mõ q: ortũ habet a natura: et sic pertinet ad hanc speciem. Allio modo q: inest alicui a principio conditionis nature: non tamẽ naturaliter: sed gratuite seu per donum na-

turalibus supaddītum: sicut angel'a p̄n cipio creationis fuerūt impressē species seu similitudines omniū naturarum: et virgini purissime in instanti creationis anime eius fuit collata gratia equivalēs iusticie originali per quam fuit a peccato originali p̄seruata: ⁊ tale naturale nō spectat ad secundam spēm qualitatis sz ad primam.

Tercia spēs qualitatis ē passio et passibil' q̄litas.

Unde ī hac spē ponunt oēs qualitates sēsibiles que sūt obiecta sensuum que dicūtur passibiles q̄litates: q; sūt nate inferre passionem sensibus: vt sonus: color: lux: caliditas: frigiditas: et huiusmōi. Et oēs qualitates que ab huiusmōi generātur: vt sūt species obiecto⁊ recepte in potentijs organicis: ⁊ passiones appetitus sensitiui: vt delectatio: tristicia: ira: Tales aūt qualitates licet sint perfectiones potentia⁊ organicarū: dicūtur tamē passiones eo q̄ recipiūtur in ipis organis. Recipe ei large dicit pati: sic lumen qō est species lucis ponitur ī hac specie a Sco. 13. di. 2. sen. Differūt etiā passio et passibilis qualitas: passibilis qualitas dicit tales qualitates subesse p̄recto permanenti in subiecto: vt rubedo que p̄uenit ī aliq̄ a natura: sed passio dicit illas qualitates scōm esse imperfectum et nō permanens: vt rubedo que ꝓuenit in vultu hominis ex verecundia. cuius causa est: q; facies est subiectū verecūdie. Et ideo sā guis qui est amicus nature vadit ad corroborandum membrum lesum quantuz potest. Sic homo efficitur pallidus ꝓp ter timorem: q; inter cetera membra cor magis timet: et ideo ad ipm cōfortandū sanguis exit de facie: et sic remanet pallida.

Circa quod potest dubitari

de caliditate q̄ ponitur a pbo in prima ⁊ tercia specie qualitatis. Ad quod p̄t dici q̄ hec species distinguitur a prima: q; forma per comparationem ad actuz quē pōt efficere dicit dispositio quo ad p̄mā spēm: ⁊ sic caliditas ponitur in p̄ia specie per compositionem ad calefacere. Forma x̄o ꝓducta ab agente inquātuz recipitur in passo dicitur passio: ⁊ sic caliditas ponitur in tercia specie: vel in q̄tum nata est inferre passionem sensui. De operationibus etiam ūmanentibus cuiusmodi sunt intellectio et volitio: q̄ sunt x̄e qualitates: et videtur q̄ sint in p̄dicamento actionis: dicit Scotus. 13. q. quolibeto⁊: q̄ videtur rationabilius ipas ponere in prima specie qualitatis ī qua ponuntur oēs qualitates spirituales: siue sint in fieri: vt optatio: siue in esse perfecto ⁊ permanenti: vt habitus: sed si sit in esse imperfecto dicitur dispositio. In tercia autem specie solū exemplificat Aristoti. de qualitatibus corporalibus. Dicit tamē q̄ forte huiusmodi operationes possent poni in hac specie: cum sint quedam passiones. Et tunc oporteret dicere ad aristo. q̄ solum ponit exempla de qualitatibus sensibilibus tanq̄ de magis notis: per has etiā intelligēs spirituales. De hac materia dicit Ock'ham: q̄ non est intentionis pbi ponere q̄ iste ſspecies a se mutuo vniuersaliter remouentur: sed quod de se mutuo saltim particulariter p̄dicentur. Et ex hoc mouetur q̄ Aristo. ponit caliditatē in prima et tercia specie qualitatis.

Quarta species qualitatis

est forma vel circa aliq̄d cōstans figura.

Circa quod notandum.

q̄ licz forma possz sumi ꝓ fōrma substātiali vel accētali: vt alibi dictum est: tamen in ꝓposito forma et figura sumuntur p̄o eodem videlicet p̄o dispositione vl terminatione quātitatis. Unde in aliqua re figurata possumus considerare tria: videlicet ipsam rem ex qua constat: vtpote lignum. Et quo ad hoc pertinet ad genus substantie. Secundo possumus considerare quantitatem eius terminataz linea

liter et superficialiter. Et sic pertinet ad genus quantitatis. Tertio considerare possumus terminationem vel dispositionem qualitatis que potest dici forma vl figura eius. ⁊ de hac in proposito. Figure igitur vel forme sic accepte reponuntur in hac specie: vt rectitudo: curuitas triangulatio: quadrangulatio.

De concreto qualitatis :

Talia vero dicuntur. ⁊c. Hic notificat auctor cõcretum qualitatis dicens q illa dicũtur qualia que scõm qualitates denominatiue dicuntur: vt grãmaticus dicitur denominatiue a grammatica. Quedam etiam dicuntur qualia ab aliqua qualitate: sed non denominatiue: quia scz non est ibi denominatõ vocalis. Et hoc dupliciter. Uno modo: quia nomen non est impositum illi qualitati: vt cursor dicitur ab arte currẽdi: vel a naturali potentia: cui tamñ nõ est nomen impositum. Et ideo licet sit ibi denominatio realis: non tamen vocalis. Alio modo quia licet sit nomen impositum illi qualitati: tamẽ concretum non participat illud nomen: vt studiosus dicitur a virtute: vbi tamen non est participatio in voce: cum non conueniant ī pncipio vocis: ⁊ sumitur studiosus pro virtuoso.

¶ Consequenter ponit auctor proprietates seu cõmunitates qualitatis: quarum prima est: q contrarietas ineest qualitati: vt albedo contrariatur nigredini: ⁊ iusticia iniusticie. Hoc patet per diffinitionem contrariorum. Contraria enī sunt forme positiue sub eodem genere maxime distãtes que vicissim insunt inter se mutuo expellendo. Plures autez qualitates sunt huiusmodi: ergo contrarietas ineest qualitati.

Sed contra hoc arguitur sic

quia albedo et nigredo non sunt forme maxime distantes: ergo non contrariantur. Consequentia est nota. Probatur antecedens: quia plus distant superficies et albedo que sunt diuersorum generum q albedo et nigredo que sunt eiusdem generis. Ad hoc respondeo dupliciter. Primo q maxima distantia contrariorum intelligitur de distantia eorũ que sunt eiusdem generis. In genere autem coloris maxĩe distant albedo: et nigredo: cum sint duo vltima inter que continentur omnes medij colores. Secundo respondeo q aliqua magis distare potest intelligi dupliciter: vl quia minus conueniunt in aliquo communi vel quia magis repugnant. Primo modo magis distant superficies et albedo: quia non conueniunt in aliquo genere. Albedo vero et nigredo sunt eiusdẽ generis. Secũdo modo magis distinguũtur albedo et nigredo: quia est repugnãtia eorum ad esse simul. Non sic de superficie et albedine: quia simul esse possunt. Hec autẽ est distantia contrariorum qua mutuo se expellunt. Hoc autem nõ est proprium qualitati: q non cõuenit omni qualitati cuiusmodi sunt figure circulatio: triangulatio: nec etiã conuenit coloribus medijs: licet enim medium per comparationez ad extremum habeat rationem alterius extremi: vt rubrum comparatum albo habet rationem nigri: tamen non est ibi contrarietas stricte sũpta: sed tantum large: cum inter illa non sit maxima distantia.

Secunda proprietas qualitatis est: q si vnum contrariorũ sit quale: reliquum erit quale: vt si iustum sit quale: iniustum erit quale. Probatur ⁊ quia contraria sunt que ponuntur sub eodem genere. Si ergo vnum est in genere qualitatis: et reliquum.

Tercia proprietas est q qualitas suscipit magis et minus. quod patet: quia suscipere magis et minus est ī

ſua eſſentia intendi et remitti perfecti⁹ vel impfecti⁹ ꝓticipãdo naturã ſue ſpeciei. plures aũt q̃litates ſunt huiuſmõi: vt calor ⁊ frigus aliq̃n intenduntꝫ ⁊ aliq̃n remittuntꝫ: Iz eñ gradus fm q̃s forme intenduntꝫ nõ ſint de eſſentia ſpẽi: quia ſicut ſpẽs abſtrahit a oñia individuali ſic ab huiuſmõi gradib⁹: tñ faciũt vnũ ꝑ ſe cũ natura ſpecifica ita q̃ ad individuũ cõſtitutũ ex forma ſpecifica ⁊ ꝑ ꝓprietate individuali ꝓtinet vnitiue iſtos gradus: Hoc aũt nõ ꝓuenit oñi q̃litati. Circulatio eñ ⁊ quadrãgulatio non ſuſcipiunt magis et minus.

Et notãdũ q̃ qualitates fm ſe ſuſcipiũt magis et min⁹: nõ ꝑ compationẽ ad ſubiectũ: ſeu ꝓpter maiorem radicationẽ in ſubiecto: vt quidam falſe opinantꝫ: vt ꝓpz. 8. metaphice et. 17. di. ꝑ. ſeñ. Scoti. ⁊ iõ ſuccincte ꝑ tranſeo. ¶ Quarta ꝓprietas eſt q̃ ꝑ̃ꝑ̃um eſt qualitati ſimile vl̃ diſſimile dici. Sicut eñ ãntitas nata eſt fundare relationẽ equalitatis: ſic q̃litas relationẽ ſimilis vel diſſimilis. ¶ Sed contra hoc arguiꝫ q: in diuinis eſt ſilitudo: cũ ꝑſone diuine ſint ſimiles in ſapientia et tñ nõ eſt ibi qualitas cũ deus nõ ſit ĩ gñe. R⁹. ſicut dictum eſt q̃ quedã eſt qualitas de genere qualitatis ⁊ quedã tranſcendẽs. ſic quedã eſt ſimilitudo de genere relationis: et illa fundaꝫ in qualitate generica. alia eſt ſimilitudo trãſcendens et illa fundaꝫ in qualitate trãſcendenti. Illa ãt dicunꝫ ſimilia que habẽt eandem qualitatẽ vel in numero ſicut ĩ diuinis: vel in ſpecie ſicut in creaturis. Vnde in diuinis eſt maxima ſilitudo eq̃litatis ⁊ idẽtitatis: cũ ꝑſone diuine habeant eandem ſapientiã potentiaz ⁊ eſſentiam in nũero: nõ ſic in creaturis.

Be ꝑdicamẽto actionis.

Actio eſt fm quaz in id
a q̃ ſubiciꝫ agere dicimur.

Hic auctor determiat de ꝑdicamento: actiõis. ¶ Pro cuius declaratione fm mentem doctoris ſubtilis. 13. diſt. 4. ſeñ. ⁊ 13. q. quolibeto⁹ ſunt aliqua notanda. Et ꝓmo q̃ actio dicit reſpectũ agentis ad paſſum tranſmutatũ.

Sciendũ q̃ reſpectus in genere eſt duplex: vnus intrinſecus aduenies: ⁊ alius extrinſecus. Voco aũt reſpectum intrinſec⁹ aduenientẽ: qui ſe quiꝫ neceſſario ambo extrema poſita in actu: vel quod idem eſt q̃n neceſſario ſequitur ſuuz fundamentũ poſito termio. Et talis reſpectus eſt tantũ õ genere relatiõis. Voco aũt reſpectuz extrinſecus aduenientẽ quando nõ neceſſario ſequitur poſita extrema ſimul in actu. Et ſub iſto membro cadunt iſta ſex vltima ꝑdicamenta: de quibus Ariſt. parum locutus eſt. De his enim multa conſiderat ꝓbus naturalis. et de his tractat auct. ſex ꝓncipiorũ. patet enim de actione ⁊ paſſione q̃ poſſibile eſt eſſe actuũ ⁊ paſſuum et etiam appꝛoximata: ⁊ tñ nõ habere iſtum reſpectũ. ſ. q̃ agẽs ſit id a q̃ paſſiuum tranſmuteꝫ: nec paſſum id qõ ab ipõ tranſmuteꝫ: puta ſi ſit aliqõ ĩpediens actionem. Et ꝑ tanto iſta ſex ꝓncipia nõ ſunt ſpẽs relationis: q: relatio dicit reſpectũ intrinſecus aduenientez: iſta autem nõ. ¶ Item ſciendũ q̃ agẽs creatum habet quendã reſpectũ ad paſſum qui ẽ extrinſecus aduenies ⁊ de genere actionis: vt dictum eſt. Et hz aliũ reſpectum ad ꝓductũ: vt pater ad filiũ: et iſte eſt intrinſecus adueniens et õ genere relationis: et pertinet ad ſecunduz modum relatiuoꝝ. ¶ Item duplex ẽ actio. ſ. ĩmanens vt viſio intellectio et tranſiens: vt calefactio fm quod ponit ꝓbus. 9. metaphice qõ ſic poteſt declarari. Opatio enim ſicut actio ĩmanens duas habet conditiones: in quibus conuenit cum actione tranſeunte. ¶ Prima eſt q̃ ſemper eſt in fieri: non dico in fieri ſucceſſiue: quia operatio eſt indiuiſibilis: ſed ſic in fieri: quia eſt in continua dependentia ad cauſam eandẽ ⁊ fm idem: ſicut dependẽtia rei create ad cauſaz cõſeruantem ſcilz deum. Secunda conditio eſt q̃ operatio quaſi tranſit ĩ obiectũ

ſicut in terminũ: licet nõ accipiẽtẽ eſſe per ipam: ſed preſuponit in ſuo eſſe. Et ꝓpter iſtas duas cõſideratiões põt operatio dici actio. ⁊ ꝑ iſtas ſignificat grãmatice ꝙ verbum actiuũ. actio aũt trãſiens vltra iſtas duas cõditiões addit terciam. ſ. quia eſt ꝓductiua alicui⁹ terminꝰ: vt acciplentis eſſe ꝙ eam: vt calefactio eſt ꝓductiua caloris in ligno vltra paſſionẽ quã infert. ſ. calefieri. Iſta aũt diſtinctio actõis ſic intellecta ñ ẽ cõmunis in ſpẽs ſed vocis in ſignificationes. Nam actio tranſiens eſt vere actio de genere actiõis. Actio ẋo ĩmanẽs eſt vere qualitas: vt intellectio viſio. Sed equiuoce dicit actio ꝓpter cõditiões ꝑdictas in quibus cõuenit cum actiõe de genere actionis.

Notandum inſup ꝙ aliter calidũ calor ẽ calefacit: ⁊ aliter calefacit calefactione. Calidũ eñ calore calefacit in rõe ꝓncipij formal⁹ remoti qđ eſt rõ agendi. Calefacit aũt calefactione in rõne forme ꝓximo denominantis: ſicut ſimile formaliter dicit ſi'le ſimilitudine: ⁊ fundamẽtal⁹ dicit ſimile albedine. In diffinitiõe ergo actionis qñ dicit ꝙ actio ẽ fm ꝙ ⁊c. ly fm dicit habitudinẽ forme ꝓximo denominantis. Reſpectus enĩ quẽ importat actio nõ ẽ ratio agendi: ſed eſt diſpoſitio media inter agens ⁊ effectũ ꝓductũ. Actio ꝙ eſt fm quã vt formã ꝓxio denominantẽ: dicimur agere in id quo d ſubicit. ſ. paſſuꝫ. ¶ Deinde ponit auct. ꝓpetates actõis dicẽs ꝙ ꝓpriũ actõis ẽ ex ſe iferre paſſionẽ hoc aũt eſt ꝓprie ꝓpriũ actiõi: lꝫ eñ qualitas que ẽ rõ agendi inferat paſſionem: hoc tñ nõ eſt ĩmediate: ſed mediãte actione. ¶ Ulterius ponit auc. aliq̃s cõmunitates actiõis et paſſionis. Prĩa eſt ꝙ inter actiões eſt ꝫrietas: vt calefacere et frigefacere ꝫriant: et hoc eſt rõe ql̃itatũ ꝫriarũ: que ſunt rões agendi vt calor ⁊ frig⁹. Siliter int paſſiões eſt cõtrarietas: vt calefieri ⁊ frigefieri cõtrariantur. Scõa ꝓprietas cõmunis ẽ ꝙ recipiunt magis ⁊ minus. Calefacere eñ quod eſt agere magis et minus dicit. ſimiliter et calefieri quod eſt pati. hoc etiam ĩpis cõpetit rõe q̃litatũ ſuſcipientiũ magis et minus.

De ꝑdicamẽto paſſionis.

Paſſio ⁊c. ¶ Poſt ꝑdicamtẽ actionis tractat auc. de ꝑdicamento paſſionis deſcribendo ſeu notificãdo qđ eſt paſſio dicẽs ꝙ paſſio eſt effectus illatio ꝙ actiõis .i. effect⁹ q̃ infertur ab actione: ſicut calefieri infert ex calefacere. ¶ Ubi notandum ꝙ ſicut actio formal⁹ dicit reſpectuꝫ agentis ad paſſum: ſic paſſio dicit formaliter reſpectum patientis ad agẽs: ſeu tranſmutati ad tranſmutãs. paſſio ꝙ eſt illa relatio paſſi ad agens que infert ab actiõe. Ponit auct. alias duas ꝓprietates paſſionis quaꝝ prima eſt: ꝙ ꝓpriuꝫ paſſionis eſt inferri ex actione ĩmediate. ſ. Ex hoc ꝑ ꝙ auctor prius notificat quid eſt paſſio per eius ꝓprietatẽ. Sepe eñ ꝙ ꝓprietatem circũloq̃mur differẽtias nobis ignotas. Scõa ꝓprietas eſt ꝙ paſſio nõ ẽ in agente ſed in patiente.

Pro quo notandũ ꝙ actio põt ſumi dupl⁹ Uno mõ ꝓ reſpectu agentis ad paſſuꝫ. Alio mõ poteſt ſumi actio ꝓ forma acta que dũ eſt in fieri eſt motus. fm eñ commentatorẽ motus eſt forma fluens. Hec autẽ forma in quantũ eſt ab agente dicitur actio: et in quantũ recipit ĩ paſſo dicitur paſſio. Unde dicat Ariſt. ſcõo phiſicoꝝ: ꝙ motus eſt actus actiui et paſſiui: ſed paſſiui vt in ipſo: actiui autem vt ab ipſo. Actio igit ſumpta pro reſpectu agentis ad paſſum eſt in agente ſubiecti ue et nõ in paſſo. ꝓbatur quia in eodeꝫ eſt reſpectus et fundamentũ. Rõ enim fundamenti videt hoc oſtẽdere: nec oppoſitum eſt intelligibile: ſꝫ potẽtia actiua q̃ ẽ fundamẽtũ huiꝰ reſpect⁹ ⁊ actionis eſt in agente. ꝙ talis actio ẽ in agente ſubiectiue. Ipſa ꝙ actio que eſt reſpectus extrinſec⁹ aduenies ẽ in agente ſicut in ſubiecto. Jn forma autẽ q̃ dicitur

potentia est vt in fundamẽto ꝓmo: similiter passio dic̃ respectũ oppositũ correspondentẽ isti qui suo mõ similiter est in passo et potẽtia passiua. Actio ẋo accepta ꝑ forma acta seu ꝓducta ꝑ actõez de genere actõis est in passo vt in subiecto. Hoc patet ꝑ phũ. 9. meta. dicentẽ: Edificatio est in edificato: accipitur ibi edificatio ꝑ forma acta ꝑ edificationez. ꝓbarur etiã qz talis forma acta sũ est ĩ fluxũ est motus: vt dictũ ẽ. Motus autẽ est in mobili subiectiue: ex. 3. phicoruz. Ex ꝑdictis patet ꝙ licet actio et passio sunt idẽ mot⁹ materialiter: cũ tamẽ formaliter distinguãtur: nec dicãt motum sc̃m se: sed ꝓ relatõnẽ ad agẽs ⁊ passuz sũt diuersa ꝑdicamẽta. Motus ẋo cum formaliter sit forma in fluxu est in eodez genere cũ forma q̃ ꝑ modũ inducitur.

¶ Si queratur: in quo habeatẽ subiectiue: creatio: actio: ⁊ creatõ: passio? Respondeo ꝑm Scotũ. 13. di. 4. sen. et. 12. q. quolibet ꝙ ꝙ nõ ẽ ꝓpe creatõ: actõ: nec creatio: passio: cũ actio et passio non sint nisi respectu alicuius passi. Creatõ aũt nõ ꝓsupponit aliquo passum: vñ creatio passio dicit relationẽ dependẽtie creature ad deũ q̃ est idẽ cuz creatura: ⁊ sic est subiectiue in ipsa: cũ nõ possit eẽ sine tali dependẽtia. Est aũt idez respectus ꝑte rei ad deũ creatẽ et cõseruatẽ: sz creari imptat huiusmõi respectũ cuz respectu ratõis ad nõ eẽ ꝑcedẽs. Conseruari ẋo cũ respectu rationis ad eẽ ꝑcedens. Et sic creatura non creatur nisi in ꝓncipio in instãti: nec ꝓseruatur ꝓpe nisi p⁹ ꝓmum instans. qz ẋo creatio et passio ẽ relatio realis creature ad deũ: ideo creatio: actio est relatio ratõnis dei ad creaturã correspõdẽs. Unde creatõ actõ formaliter dicit respectum hmõi includendo ⁊ cõnatãdo volitionẽ diuinã trãseũtem sup obm̃. ꝑdyctũ. Ille aũt respect⁹ habz solũ esse obiectiue in intellectu cõparãte deum ad creaturã. Volitio autẽ diuina cõnotata est ipe ẽs. Obiectũ ẋo sup qõ trãsit ẽ ipa creatura ꝓducta.

¶ Dubitari vlterius posſz de actuali inherẽtia accñtis absoluti ad subiectum ĩ quo ponatur genere. Non ei ponit ĩ genere relationis cum sit respectus extrinsecus aduenies. Uñ põt esse tale accñs absq; inherẽtia actuali: vt patet in sacramento altaris. Ad hoc respondet Scotus. 12. di. 4. sen. q talis respectus potest ptinere ad genus actõnis: posito q actio dicat nõ tm̃ respectũ agentis ad passum: sed forme informãtis ad illud qõ ĩformatur. Vel ꝑ ptinere ad gen⁹ passionis si passio dicat nõ tm̃ respectũ passi ad agens sed ad formã. ¶ Circa qõ notandũ q licet oñis forma recepta siue ĩ potentia cognitiua: siue in potẽtia appetitiua possit dici passio: siue fiat cũ transmutatõne corpali: vt delectatio fit cum cordis dilatatione: dolor ẋo vl tristicia cũ restrictõne: siue fiat absq; huiusmodi transmutatione: vt cõceptus animẽ dicũtur passiões. Uñ ĩ libro ꝓmo pyermenias dr̃ q voces sũt earũque sũt ĩ aĩa passionũ note: id ẽ signa conceptũ siue rerũ cõceptarũ: tñ hmõi forme in passo recepte nõ spectãt ad genus passionis: sed bñ ipa receptio hmõi formarũ. De ceteris aũt ꝑdicamẽtis. s. qñ: vbi: situs: et habitus nõ facit auctor mentionẽ nisi in generali: et ideo de his breuiter me expediam: et primo de ꝑdicamento qñ: quod sic diffinitur ab auctore sex principiorum.

De ꝑdicamento quando.

Quando est qõ ex adiacentia tpis in re tpali relinq̃t

¶ Ad cuius euidẽtiã sciendũ q quãdo in ꝓposito tantum valet sicut esse aliquãdo vl in aliquo tẽpore: vt esse hodie: eri: cras: esse in tempore ꝑsenti: preterito et futuro. Est igit quando respectus causatus in re temporali ex adiacentia tẽpoꝛis ad ipaz. Ex quo patet q quando ẽ respectus extrinsecus aduenies: qz nõ necessario sequitur extrema posita in esse. potest enĩ esse tẽpus et res temporalis absq; hmõi adiacentia: ⁊ sic absq; qñ: vtputa si ponaꝛ

res temporalis extra celum. Temp⁹ eñ hic sumitur ꝓ tempore quod est mensura motus celi. Et ideo illo tpe ꝓpe mēsurantur temporalia que habent mutabilitatē a motu celi. Unde dicit doctor subtilis. 49. di. 4. sen. q motus corporis glorioſi nō mēsurabitur tempore nostro: q nō erit subiectū variationi: tunc corpus nostrum nec aggrauans.

De predicamento vbi.

Bi vero est respectus corporis a loci circumscripti one procedēs. Circa qō notādum: q vbi in ꝓposito est eē alicubi localiter: vt eē in ciuitate: in ecclesia: in domo: in camera. vñ vbi dicit respectū corporis circumscpti seu locati ad locū circumscribentē. Ipsa autē circumscriptio actiua que fūdatur in loco circumscribente licet significetur per dictionem actionis: non tamen est actio: sed relatio ptinens ad hoc genus scōm Scotum: distin. ꝑma. 2. sen. Quod ex hoc patet: quia superficies corporis continentis cum sit quantitas quel consequit materiam non est forma actiua. Quod aūt vbi sit respectus extrinsecus adueniens patet cū corpus et locus pñt esse etiam approximata absq circūscriptōne locati seu coextēsione: vt patet de corpore christi in sacramēto altaris: qō est ꝑsens spēbus panis et vini: nō tamē localr cū sit in qualibet ꝑte totum: & sic nō coextē ditur ipis speciebus. Posset etiā deus facere corpus et locum absq vbi eē large sumpto: qō ē esse tm̄ in loco pñtialiter: vtputa formādo aliqō corpus eē vniuersum: et anihilādo oīnia que sūt in supficie ꝓcaua celi: vt declarat Sco. 2. q. quolibet or. Tūc eñ eent corpus et locus sine respectu presentialitatis. ¶ Et si q̄ras in quo ꝑdicamēto ponet vbi angeli cū angls non sit in loco circumscriptiue sed tm̄ ꝑsentialiter seu diffinitiue. Respondeo q accipiendo vbi ꝓprie: put diffinitur ab auctore sex ꝓncipiorum nō ponetur in ꝑdicamento: cum angls non circumscribatur loco: sed bñ accipiēdo large ꝓ respectu presentialitatis ad locum. Uñ Scotus. 10. dist. 4. sen. dicit: q licet nō sint plura genera q̄ decez: rationes eorum nō ita assignantur generibus: sicut possent assignari. Cū autem vbi sit respectus extrinsecus adueniens ita etiā erit situs vel positio cum ꝑsupponat vbi.

De ꝑdicamento situs.

Itus enim vel positio vltra esse in loco dicit ordinē partium adinuicem: & ad ipsum locū. Uñ ſm Sco. vbi ſ: duplex est positio: quedā enī dicit ordinē ptiū adinuicē: & hec ē orīa q̄ntitatis alia dicit ordinē ptiū in loco: q̄ dicit ꝑdicamētū situs: vt stare: sedere: iacere.

De ꝑdicamento habitus.

Abitus aūt est corpor & eor q̄ circa corpus sūt adiacentia: vt armatio: inductio: calciatio. Q̄ aūt habit⁹ sit respect⁹ extrinsec⁹ aduenies patet: q: nō necērio sequit extrema posita i eē. Posunt enī corpus & arma eē sine tali respectu: vtpote si vnū nō applicetur alteri.

De postpredicamentis.

Dicitur autem. &c.

Hic dekmīat auc. de postꝑdicamētis q̄ valēt ad declarationē ꝑdicamētor: & ꝓmo tractat de oppōe. Circa qō sciēdū q duplr est oppō: q̄dā cōplexor: & de illa fit mentio in tractatu ꝓpositionū: alia ē incomplexorū: et de hac habet in ꝓposito. Est aūt oppositio formalis repugnātia aliq̄rū duor que impossibile est simul esse in eodem respectu eiusdem: et sunt quattuor species eius. ſ. oppositio relatiua: cōtraria: priuatiua: & contradictoria. Si arguatur q omnia opposita sunt relatiua: cum oppositum dicat habitudinem vnius oppositi ad aliū. Est enī oppositō oppositor positio et oppositū ē oppositi

oppositũ: ergo oppositõ relatĩa male ponitur species distincta ab alijs. Respondeo q licet oppositа inq̃ntũ opposita siue q̃ntũ ad p se significationẽ vel intentionẽ oppõnis seu repugnãtie dicantur relatiue adinuicẽ: tñ q̃ntũ ad substractũ qõ subest illi intentõi nõ oñia opposita sunt relatiua: ĩmo quedã sũt contraria: vt albũ et nigrũ: quedã relatiua: vt pater ⁊ filius. Mõ ẽ aũt incõueniẽs oppositionẽ eẽ de genere relatõis: licet opposita: vt albedo ⁊ nigredo: pater et filius sũt diuersoꝝ geneꝝ. Relationes enim eiusdẽ mõi fundãtur in rebus diuersoꝝ generũ: vt idẽtitas in suba: similitudo ĩ qualitate: ⁊ equalitas in q̃ntitate. Illõ etiã qõ ẽ alicuius generis, sicut ꝑcretus generis relationis potest denominatiue dici de plib⁹ gñib⁹ ꝑm sco. 12. di. 4. sẽ. ¶ Sũt aũt relatiue opposita q̃ adinuicẽ referũtur: vt pater et filius: que q̃dẽ nõ ꝑñt simul ineſſe eidẽ respectu eiusdem: sed bñ respectu diuersoꝝ. Drñt x̃o relatiua a ꝓtrarijs: q: vnũ relatiuũ coexigit aliud a sui esse: vt pr̃ nõ ꝑt eẽ q̃n habeat filium: nõ sic de cõtrarijs. ¶ Contraria aũt sunt que sub eodẽ genere posita maxime ad seinuicẽ distãt: ⁊ eidẽ suscep tibili x̃ssime insũt vnũ alterũ expellendo: nisi alteꝝ insit a natura: vt albedo ĩ est cigno: ⁊ nigredo corui. Ista descriptio contrarioꝝ satis patet ex his q̃ dicta sunt in p̃ceḋentibus: vt albedo ⁊ nigredo cõtrariantr̃ q̃ maxime distãt] in genere coloꝝ: nec pñt ineſſe eidẽ simul ꝑm idẽ: licet bñ scõm diuersa. Et intelligit distantia cõtrarioꝝ de distantia q̃ dicit repugnãtiã formalẽ: nõ aũt de distãtia locali. Sursũ enĩ et deorsũ licet large possint dici ꝓtraria: nõ tñ ſtricte: que quidẽ habẽt inter ſe distantiã localẽ: nõ tamẽ bñt repugnãtiã formalẽ. Unde idẽ corpus x̃tute diuina posset esse sursum et deorsuz: vt diffuse declarat Sco. 10. di. 4. sen. q: aũt auctor fecerat mentionem de cõtrarijs q̃ alicui insũt a natura: vt caliditas ineſt igni a natura: ideo dicit q caliditas nõ est in igne sicut accñs ĩ subiecto: sed sicut substantiale in eo cuiꝰ ẽ. Est tamẽ in materia ignis sicut accñs ĩ subiecto. Ad cuius euidẽtiã notanduz: q licet auctor nõ teneatur a pluriby eo modo quo sonãt eius x̃ba: põt tamẽ aliqualiter exponi: vñ substantiale ꝑt sumi vno mõ ꝓ eo qõ ẽ de rõne formali quiditatiua alicuius: sicut ratiõale hoc mõ est de essentia homĩs. Alio mõ ꝓ eo qõ ꝓsequitur substantiam vel naturã alicuius: et sic risibilitas põt dici substantiał homĩs: licet nõ sit de diffinitõne quiditatiua eius: sumẽ do igitur subale ꝑmo modo caliditas nõ ẽ subalis igni. Cum enĩ sit accidẽs alicuius entis nõ erit de substãtia ignis: q: qõ vere ẽ nulli accidit: ꝑmo phĩcoꝝ. Sumendo x̃o subale ꝓ eo qõ cõsequitur naturã alicuius: sic caliditas põt dici substantiale igni. Est eñ accñs ĩsepabile cõsequẽs naturã ignis: et eius ꝑfectas competens oñi licz nõ soli. Et dicit auctor q subale igni sicut sẽ ea que cadũt sub diffinitione alicuius: nõ ꝑm pdicationẽ eẽntialẽ supple: sed scõm ꝓncipium: sicut punctus ponitur in diffinitõne linee q: ẽ ꝑncipium vel finis linee: nõ tamẽ pdicaẽ eẽntialr de linea: sic caliditas potest poni in diffinitione ignis nõ quiditatiua cũ nõ ꝑdicẽ eẽntialiter de igne: sed in diffiniti one que datur ꝓ additamentũ: scz large sumpta seu descriptõne tanꝙ eius proꝓrietas q̃ est ꝑncipiũ quo ignis calefaẽ. ¶ Et notandum q in exemplis nõ reꝙritur oñimoda similitudo: q: vbi ẽ oñino simile est magis identitas q̃ exẽplũ: Q̃ aũt nõ fuerit intentio auc. ponere q caliditas sit forma subalis ignis: patet ex hoc q dicitur q est ĩ materia ignis sicut accñs in subiecto. Forma eñ substãtialis non ẽ in materia vt accidens ĩ ſbiecto: cum ex ipis cõstituatur vnum ens per se. Est aũt caliditas inj materia ignis sicut accñs in subiecto: q: non conſequit ipam naturã inſeparabiliter. Ineſt eñ caliditas igni a natura nõ ratõe materie sed ratione forme: sicut risibilitas necessario conſequit hominẽ ñ inq̃ntũ

animal: sed in quantū rōnale ſm Sco. 25. dist. 2. ſeñ. quia ꝯ caliditas nō cōſequitur inſepabiliter materiā ignis: ideo dicit auctor ꝙ est ſuſceptibilis caliditatis ⁊ frigiditatis. Q̄ō est verū mediāte forma ſubstātiali q. ſ. pōt informari ali q̄ forma quā cōſequit frigiditas: vt forma aque vel alia quā ꝓsequit caliditas vt forma aeris. Immediate aūt non pōt recipere materia aliq̄ō accñs. vñ opinio illa est falsa quā ponit cōmentator ꝓmo phicoꝝ. videlz ꝙ in materia rez generabiliū ⁊ corruptibiliū oportet intelligere dimensiones interminatas seu incompletas añ aduentū forme substantialis: que quidē post eius aduentū accipiunt esse completū ⁊ terminatū. Hanc enim improbat Scotus. xij. dist. 4. ſeñ. Tū quia forma de genere priori nō potest p ficere ſuſceptiuū de genere posteriori. ꝯ nec forma substātial' dimensiones. Tum quia forma substātialis est talis actus q̄ natus est cōstituere vnū p se aliquo mō de genere quātitatis. Unde quātitas ñ est rō media inter agēs et passuz. Agēs eñ naturale attingit materiā ſm essentiam nudā: vt passum ab eo immediate trāſmutatū. vñ qñ ex aqua generat aer prius natura corrūpunt oīa accidētia aque cum eius forma substātiali ꝙ ī illa materia introducat forma aeris. Agēs aūt naturale sicut pōt generare ſubaz q̄ nō pūit: sic potest generare accidētia cōsequentia ipſaz. ¶ Cōſequent determinat auct. q̄ sunt ꝓpriue opposita di. ꝙ illa que hñt fieri circa idem ſubiectū ordine irregreſſibili ⁊ tpe ꝺterminato a natura. Unde ab hītu est deuenire in ꝓpriationem. A priuatiōe aūt in habitum est impoſſibil' regreſſus: vt cecitas ⁊ viſus habēt fieri circa oculū. et a viſu ꝓtingit fieri motū in cecitatē: ſed nō ecōuerſo p naturā licet bene p miraculū. Dicit aūt notanter tpe determinato a natura. Canis enī añ nonū diem nec ē videns nec cecus: quia ante illud tempus nō est natus habere viſum. ⁊ iō post illud temp' naturaliꝫ videt. Et ſi arguat ꝙ tenebra ē priuatio lucis: et tñ aer fit de tenebroſo lucidus. ꝯ fit regreſſus a priuatiōe ī formam vel habitū. Rº. ꝙ duplex est ꝓpriatio. Quedā ē cui' habit' est a principio innato: cuiuſmōi ē cecitas: quia viſus ē a principio intrinſeco. Alia est priuatio cui' habitus est a principio extrinſeco: vt tenebra in media. De prima intelligitur dictū Ariſto. nō de ſcōa.

Sed ꝓtra hoc arguitur, quia a quiete que est priuatio motus bene est regreſſus ad motum. et ab ignorantia q̄ est priuatio ſcientie est regreſſus ad ſcientiam: ⁊ tamen tam ſcientia ꝙ motus ſunt a ꝓncipio intrinſeco ſeu īnato. ꝯ ō illa nō intendit Ariſto. Reſpōdeo ꝙ ꝓpriatio que est a principio innato est duplex. Quedā est que tantum priuat habitum ⁊ non tollit principium habitus. et de iſta procedit argumentum. A tali enim bene est regreſſus in habitū. Alia est que tollit habitū et principiū ꝓpriū habitus: vt cecitas priuat viſum ⁊ debī tam diſpoſitionem organi. et de illa intendit Ariſto. Ab ipſa enim in habituz naturaliter impoſſibile est regreſſus.

Contradictoria ſunt affirmatio et negatio eiuſdem de eodem: vt homo: non homo: album: non album.

Ubi ſciendum ꝙ licet de quolibz dicatur altera pars contradictionis: vt de quolibet verū est dicere ꝙ est homo vel non homo: nō tamen cum per ſe: vt dicit Scotus ſecūda diſtin. primi ſenten. Utraq̄ enim harū est falſa: homo ē per ſe albus: homo ē p ſe non albus. Nec enim albedo nec non albedo per ſe ineſt homini. Cōtradictoria etiā nō p̄dicanꝫ de quolibet cū reduplicatione. Unde vtraq̄ harū est falſa: homo in quantū homo est albus: et homo in quantū homo est nō albus. Alterum igiꝫ ꝺtradictoꝝ nō dicit de quolibet quando termin' de quo dicit accipitur diſtributiue. Ratio huius ē quia vni ſuppoſito potest ineſſe vnum et alteri alterum. Unde neutra iſtarū est vera

Omis hō est albus:⁊ oīs hō ē nō alb⁹.

Notandū insup q̄ distinguit a ꝓuatiōne ⁊ contradictione.quia ī cōtrarietate quodlibet extremū est formaliter aliquid positiuuz nō sic in alijs.Item ꝓuatio ⁊ cōtradictō nō sūt idē absolute:quia licz priuatio sit quedā contradictio inquantū vnuz priuatiue oppositoruz est negatio alterius tamen ꝓuatio ꝓprie sumpta fundamentaliter pōit subiectū aptū natū. Cōtradictō aūt de sui rōe:nec ponit exñtiā subiecti nec aptitudinem in subiecto. vnum enī extremum ꝓtradictōis verificatur et de ente et de non ente:vt animal non videt et nō ens non videt.

De modis prioꝝ.

Prius autem ⁊c.

Cōsequent pōit auc. modos ꝓoris.Primo modo aliquis dicitur esse prius alio tempore:vt senior est prior iuuene. Secundo modo aliquid dicitur prius alio quo nō cōuertitur scōm consequenti ā subsisten di quādo arguitur de est secūdo adiacēte ad est secundū adiacens.et dicitur est secundum adiacēs quando non ponitur predicatum:vt homo est. Dicitur autē tercium adiacēs quando ponitur predicatum:vt homo est albus.Hoc mō animal est prius natura homīe:qz bene sequitur:homo est:ergo animal est:sz nō econuerso. Tercio modo aliquid dicit prius scōm ordinem:vt in scientijs ꝑncipia sunt ꝓora conclusionibus. Et dicuntur scientie discipline a discipulo:⁊ doctrine a doctore. Quarto aliqd dicit prius dignitate honore vel pfectione. Quint⁹ modus prioris qui tpe philosophi nō erat ita assuetus sicut alij est eoꝝ que ꝙuertunt scōm essendi cōsequētiā. et vnū est causa alteri⁹ q̄dāmō vt sit.Et tale digne ⁊ rationabilit pōt dici prius natura:quia sine ꝓtradictione vnū pōt esse sine alio:et aliud non sine ipo qō ōr ꝓus nā.5.metaphīce:vt res ē cā ꝛitatis oīs facte ō ipa re:vt si cursus a pte rei insit hōi bñ sequit q̄ illa ꝓpō hō currit ē ꝛa:⁊ econuerso. Aliqñ tn ꝓus nā ōr q̄ aliud dependet:⁊ a q̄ ꝙuertit:sz nō possit esse sine ipo.Et hoc mō subcm̄ ē pri⁹ nā ꝓpria passiōe. alios modos ꝓoris vide q̄nto metaphīce.

De modo similitatis.

Simul dicitur ⁊c.

Deīn ponit auctor modos similitatis. Primo modo aliqua dicūtur simul tēpore:vt sunt illa q̄ eodem tempore generantur. Secundo modo aliqua dicuntur simul que cōuertunt scm ꝓnam subsistēdi:⁊ neutz ē cā alteri⁹:vt pr̄ et fili⁹. Et si arguas q̄ pater est causa filij. Respondeo q̄ verū est de absoluto patris. Absoluturz enim patris non refertur ad filium:nec conuertitur cum ipo. Tercio dicuntur simul que econtrario diuidūt aliquod genus:vt homoz equ⁹:licet enī homo sit scm se perfectior equo:tamen dicuntur simul p compositionem ad genus quod diuidunt. Et si queras cum tot modis dicatur vnum oppositorum quot modis reliquum:quare non ponit auctor tot modos siltatis quot ꝓpositatis. R⁹. q̄ licet possent poni vtpote simul scm ordinem vel perfectionem:tamen nō fuit necesse illas exprimere:quia satis habentur per modos prioris:cum vnum oppositorum cognoscatur per reliquū.

Contra secundum modū de simul. Causa est ad cuius esse sequitur aliud:sed ad vni⁹ eē relatiui sequitur esse alterius.ergo vnum est causa alteri⁹. dico q̄ licet esse vnius sequatur ad aliud scilicet illatiue:non tamē causaliē et scm modum quo effectus sequitur suam causam:Vel sic consequentia subsistendi est in qua ad esse vnius sequitur esse alterius:et neutrum est causa alteri⁹.

De sex speciebus motus.

Otus ātem sex sūt species. generatio:corruptio:augmentatio.diminutio:al

teratio: scom locum mutatio.

Quia in predicamentis iam facta est sepenumero mentio de contrarietate: et motus est a contrario in contrarium: idcirco Aristotiles inter postpredicamenta ponit sex species motus: que sūt Generatio: Corruptio: et Augmentatio: Diminutio: Alteratio: et scom locum mutatio: que proprie non sunt species: sed modi vel maneries motus.

Notandum insuper q motus potest capi dupliciter: scilicet: proprie: pro mutatione successiua: t sic est solū in tribus generibus: scilicet in qn titate: qualitate: et vbi. Et hoc modo capiendo motum generatio vel corruptio forme substantialis nō est motus: qr fit in instanti. Unde si ex aqua generetur seu produceretur ignis in toto tempore precedenti est alteratio: puta calefactio: dispositiua materie aque ad introducendam formam ignis: t in vltimo instanti illius alterationis introducitur forma ignis in illa materia: et forma aque corrumpitur: ita q generatio ignis est terminus alterationis precedentis.

Alio modo sumitur motus large: scz pro omni mutatione siue successiua siue instantanea: et sic sumitur in proposito.

De generatione.

Generatio est progressio a non esse ad esse. Corruptio vero est progressio ab esse ad non esse.

Contra istud potest quis arguere sic: Inter contradictoria non est medium: vt habetur quarto metaphisice: ergo generatio non est progressio a non esse ad esse. Probatur consequentia: quia tunc generatio esset medium inter illa. Respondeo q nō esse potest capi dupliciter. Uno modo pro non ente simpliciter: quod scilicet est purum nihil. Alio modo potest capi pro ente imperfecto: quod per comparationem ad ens perfectum respectu cuius est in potentia dicitur non ens: vt semen respectu animalis inde generandi.

Primo modo esse et non esse sunt contradictoria: t inter ipsa nullum est medium. Sed secundo modo capiēdo esse et non esse non sunt contradictoria: sed habent se vt priuatio et habitus: et sic sunt termini generationis. Et isto modo bene est medium inter ipsa.

De augmentatione.

Alteri⁹ auc. diffinit augmētatōz. di.

Augmentatio est preexistentis quantitatis additamētum. Diminutio vero est preexistentis quātitatis minoramentum.

Contra hoc potest argui sic. et videtur q augmentatio non sit possibilis naturaliter locando. Probatur: quia si sic: tunc duo corpora possunt esse naturaliter in eodem loco: Consequēs est falsum. Quod sic pōt probari: quia causa quare duo corpora non possunt simul esse in eodem loco est: quia dimensiones vnius corporis non compatiuntur secum dimensiones alterius: scom Aristotilem quarto phisicorum: Si autem fieret augmentatio essent ibi dimensiones alimēti cum dimensionibus aliti vtpote dimensiones cibi cum dimensionibus carnis. Respondeo quando alimentum conuertitur in animal alitum: et corrumpitur forma substantialis alimenti: corrumpitur etiam quantitas et cetera accidentia ipsam formam consequentia: et ī illa materia a generante introducitur non tantum forma carnis: sz etiam quantitas et accidentia ipsam formam consequentia: et sic non est ibi repugnantia dimensionum. Ipsa autē forma carnis inducta in materiaz nutrimēti est noua: cum prior non potest informare duas materias adequatas: scom Scotum. 44. di. 4. sen. Unde nutritō fit per quandam ingenerationem: seu intrinsecam generationem partis noue

loco ptis antique que fluxit. Augmētū ℞o fit p aggrauationē ptis quante seu maioris. Deinde dicit auctor q alteratio ē mutatio ab aliqua qualitate ī aliā qualitatem cōtrariā vel mediā: vt ab albedine in nigredinē vel ī medios colores. Mutatio aūt fm locū est mutatio ab vno loco in aliū. Et sunt sex species eiꝰ scz sursum deorsum ante retro dextrosū sinistrosum.

Abere dicitur multis modis ꝛc. Quia habitus est vnū decē p̄dicamētoꝝ ī ō ponit auct. diuersos modos habendi scz qualitatē vel quātitate: Vt ea que circa corpus sunt siue q̄ ad ptes corporis: vt habere in digito anulū: siue q̄ ad totum corpus: vt habere vestimētū. Quarto mō dr quis hr̄e mēbrū. Quinto mō dr ptinens habere cōtentm. Sexto mō habere possessionē. Septīo habere vxorem. et iste modus fm Arist. ē alienissimus qr hūs habeꝫ. Viri enim ꝛ mulieris est mutua corpoꝝ potestas.

Incipiunt syllogismi Be syllogismo in generali. Capitulū primū.

Roposītio est ꝛc. Postq̄m in p̄cedentib⁹ auctor tractauit ō ptib⁹ syllogismi. Hic p̄nter tractat de ipo syllogismo. Et qr innata ē nobis via a magis cōibus ad minus cōia, p̄cedere p̄mo philoꝝ: ī primo tractat de syllogismo simplr seu vniuersalr sumpto. Et qr syllogism⁹ cōponit ex p̄posīb⁹: premittit quid ē propositio di. q p̄po est oro affirmatiua siue assertiua alicui⁹ de aliq̄: vl negatiue alicui⁹ ab aliquo. Et ponit ibi oro tanq̄ genus ad p̄pōem. Per illud aūt disiunctū affirmatiua vel negatiua circūloquit̄ dr̄nam. Circa qō sciendū q aliter diffinit p̄po in libro poꝝ: et alr in libro topicoꝝ. Diffinit in libro poꝝ fm q est p̄ncipiū syllogismi inferētis in mā gñali in qua nō p̄sideraꝫ veritas vel falsitas. Et sic p̄positio est oratō affirmatiua alicui⁹ de aliquo ꝛc. In li. ℞o posterioꝝ diffinit̄ fm q ē p̄ncipium syllogismi demōstratiui. et sic p̄positio est enuntiatiōis altera ps. s. vera. Nam syllogism⁹ demōstratiu⁹ ex solis euidēter veris est. In libro vero topicoꝝ diffinit̄ put est p̄ncipiū syllogismi dialectici. Et sic p̄po dialectica ē interrogatio p̄babilis oīb⁹ vel plurib⁹ aut sapiētibus. Quia etiā p̄pōnes cōponunt̄ ex terminis declarat quid sit terminus di. q termin⁹ ē in quē resoluit̄ p̄po. vt in subiectū ꝛ ī p̄dicatū. Unūq̄dq̄ enī resoluit̄ in ea ex q̄bus cōponit̄: qr ḡ p̄positio cōponit̄ ex terminis. s. ex subiecto et p̄dicato q̄ sunt mā p̄pōnis. ī resoluit̄ ī ipa. Et intelligīt hoc de resolutiōe que est in voces significatiuas: nō aūt ō illa que ē in lr̄as ꝛ syllabas: qr talis resolutio nō p̄sideraꝫ a logico sed a grāmatico Unde terminus ē q̄d minimū in logica cōsideratū vltra quē logic⁹ nō descēdit Syllogism⁹ ℞o ē q̄d maximū vltra quē nō ascēdit. Littera ℞o ē quid minimū in grāmatica: et oro q̄d maximū. Dicūt etiā subiectū ꝛ p̄dicatū termini p̄pōis: quia sunt duo extrema ipam p̄poem terminātia. Copula aūt ꝛ si large possit dici terminus: nō tñ p̄prie: qr tūc ī syllo⁹ eēnt plus q̄ tres t̄mini: qō ē falsū. Uñ resolutio p̄prie hz fieri in mām ꝛ nō in formā: qr ℞o syllogismi regulanꝫ q dici de oī ꝛ dici de nullo: ī auct. p̄nter declarat quid sit dici de oī di. q

Dici de omni est quādo nihil ē sumere sub subiecto de quo nō dicaꝫ p̄dicatū: vt oīs p̄o currit. Hic cursus p̄dicaꝫ de oī hoīe. Uñ tūc in aliq̄ p̄poē est dici de omni qñ p̄dicatū affirmaꝫ de subiecto distributo p̄o oīb⁹ suis suppositis. Et p hoc p̄nt regl'ari syllogismi affirmatiui: vt oē aīal currit: oīs hō est aīal. ḡ oīs hō currit In maiori ei dicitur cursus de aīali distributo. ḡ affirmabīt de q̄libet suppposito aīalis. Cū ḡ ī minori sumaꝫ homo sub aīali sequit̄ q curs⁹ predicabīt de homine in cōclusione.

sicq. ¶Itē notandū q materia ꝑt sumi dupliciter. vno mō ꝑ prima materia de qua dictum est: que ē subiectū generationis et corruptionis: t de se non includit formam. Alio mō ꝑt sumi magis large ꝑ omni illo quod cōcurrit ad compositionem alterius: et habet rationem potētialis et perfectibilis: t sic reperitur materia tam in rebus naturalibus q artificialibus: tā corporalibus q spiritualibus: t sic genus habet rationē materie: t illa que sūt in genere hoc mō habent materiaz: qz includūt realitatez generis que est potentialis t pfectibilis p realitatē ornie: vt dcm ē in pcedentibus: Sic etiā materia informata forma impfectiori q ordinat ad determinatam formā dicit materia respectu forme pfectionis: respectu cuius est in potētia: et pōt dici materia secūda. Hoc etiā modo materia informata vltima et cōpletiua forma ꝑt dici materia secūda forme accidentalis cuius ē receptiua: et ad quā est in potētia: sicut ferrū est in potentia ad formā cultelli: et hoc mō sumit materia in ꝓposito. Hec aūt ē duplex: qz q̄dam ē pmanēs: que scz remanet in suo effectu sub ꝓpria forma: sicut liguū remāet sub propria forma in forma statue. Alia est que non remanet sub ꝓpria forma: sed de vna forma transit ad aliam: vt farina et aqua in pane: fenū et filix in vitro.

¶Locus a causa materiali ē habitudo ipius ad suū effectum: t tenet affirmatiue de esse ad posse ī qualibet materia tā pmanente q trāseūte: vt ferrū est: ergo arma ferrea pūt esse. farina et aqua sunt ergo panis pōt esse. Maxima: posita cā materiali pōt poni eius effectus. Cum enī ipa sit in potētia respectu sui effect⁹ ipa posita pōt effectus ei⁹ poni q̄ntum ē ex pte eius. Et hoc mō pōt argui nō solum a materia ex qua: scz etiā a materia in qua cuiusmōi ē subiectū respectu accidentis: vel a materia circa quā: vt est subiectū vel obiectum respectu scientie vel habitus: vt corpus ē: ergo albū pōt esse: vel scibile ē: ergo scientia pōt esse.

Ab effectu aūt materie ꝓmanētis ad ipsam arguit ab esse effectus ad esse cause. Maxima. Posito effectu cause materialis ꝓmanentis ponitur t materia ꝓmanenēs. Ab effectu ꝯo materie transeūtis ad suam cām arguitur ab esse ad fuisse: vt panis ē: ergo farina et aqua fuerūt. Hō aūt arguitur ab esse effectus ad esse talis materie: qz materia transiens non remanet in suo effectu quātum ad suam formam.

Cōtra predicta arguitur sic:

Ligna t lapides sunt: ergo domus pōt esse posito q non sit edificator. Item nō sequitur: Cultellus ē: ergo ferrum ē. qz cultellus potest fieri ex ligno vl alio metallo: ergo locus ab effectu cause materialis ꝓmanētis nō tenet affirmatiue.

Respōdēdo ad ꝓmum dico q ad eē causē materialis nō sequitur possibilitas effectus respectu omniū causaz ei⁹: sz bñ seq̄tur possibilitas effectus q̄ntum ē ex pte materie. Ad secūdū dico q ibi non arguit ab effectu cause materiaľ ad suā causam. qz cultellus ligneus non ē effectus ferri sed bñ seq̄tur: cultellus ferreus est ergo ferr ē.

¶Forma ē q̄ dat esse rei et eam ꝓseruat in esse: qz via generatōis forma sequitur materiā: ideo p⁹ locū a cā materiali diffiniēdo ipam formā: in q̄ diffinitōe subintelligit causa loco generis. Et ponitur: que dat eē rei ad ornīam materie: q̄ licz sit ꝓncipiū intrinsecū cōpositi: nō tamen dat sibi esse specificum sed forma vt dictum ē: que si sit forma substātialis dat eē subāle: t si sit accīntaľ dat eē accīntale. Pōitur aūt et cōseruat eā in esse ad differētiā cause efficientis et finalis: q̄ nō qz requiritur tm̄ ad fieri illius rei t non quantū ad esse. sed forma semp requirit ad esse rei. Et licet prima causa det esse omni creature et eam in esse conseruet: hoc ē extrinsece et effectiue: non intrinsece et formaliter: sicut hic sumitur.

¶Locus a causa formali ē habitudo ipsius ad suum effectum: t tenet cōstructi

ne a causa ad effectum: ꝛ ecõuerso: ab effectu ad causã. vt albedo ẽ: ergo album est. Maxima. Posita causa formali ponitur eius effectus: ꝛ ecõuerso. Destruitur sic: Albedo nõ ẽ: ergo album non est. Maxima. Remota causa formali removetur eius effectus: et econuerso.

¶ Et notandũ ꝙ iste maxime sũt ꝟe nõ de fundamẽtis absolute ꝓsideratis: sed de fundamentis acceptis sub relatõib⁹ Et ideo de anima sepata a corpe nõ seq̃tur: anima est: ergo homo ẽ: qz tũc anĩa non stat sub relatõne cause formal'. Hoc idez patet in forma accidẽtali: ꝟtute eĩ divina posset eẽ albedo sine subiecto: et tunc non seq̃tur: albedo est: ergo albũ est. qz tũc albedo nõ eẽt causa formalis in actu.

¶ Finis est cuius gratia aliquid fit: qz finis est vltimus in executione: ideo de causa finali post ceteras causas determinat anc. primo ipam diffiniẽs. ¶ Circa quod sciendũ ꝙ finis dupliciter accipit: vno mõ ꝓ respectu duratõnis: vt motus quãdoq; dicit finis homĩs: et terminus pestis dicitur finis eius. Et sic nõ sumit in ꝓposito. hoc esti mõ finis nõ habz rationem cause. Alio mõ sumitur finis ꝓ illo quod mouet efficiens ad agendum: seu ad quod eius operatio ordinatur: et hoc modo finis est causa: et sic sumit in ꝓposito. Medium autẽ ordinatũ ad talem finem assequẽ dũ ẽ effectus eius: sic ꝟtus ordinatur ad beatitudinem. Locus a causa formali est habitudo eius ad suũ effectum: et tenet affirmatiue respectu hoz ꝑdicatoz bonũ et malum: arguendo a causa ad effectum ꝛ ecõuerso: vt beatitudo ẽ bona: ergo ꝟtus ẽ bona. occidere hoĩem ẽ malũ: ergo gladiũ fabricare ad hoc ẽ malum. Maxima. cui⁹ finis bonus est: ipm quoq; bonum ẽ: ꝛ cuius finis malus ẽ: ipm quoq; malum ẽ.

¶ Contra hoc arguitur sic: nõ sequitur: Dare elemosinam ẽ bonum: ergo furari ꝓpter hoc ẽ bonũ: qz teste apl'o: nõ sunt facienda mala vt eueniant bona. licet ꝑ finis sit bonus: tamẽ qõ ad ipm ordinat non ẽ bonum. Respõdeo ꝙ illa maxia ẽ intelligenda de illo qõ ordinat ad bonũ finem ſm dictamẽ seu iudicium recte rationis cuiusmodi nõ ẽ furari ꝓpter elemosynam tribuendam. Hoc eni nõ punit a dictamine recte ratiõis ſz erronee.

De loco a generatione.

Generatio est. ꝛc.

Postq; auctor determinauit de loco a cã ꝛ effectu: hic ꝓsequẽter determĩat ō loco a generatione et corruptõne: et ꝓmo diffinit generationẽ dicẽs ꝙ generatio ẽ ꝓgressus de non esse ad esse. ¶ Circa quod notandum ꝙ generatio hic nõ sumitur stricte ꝓ generatione forme substantial': sed sumitur large ꝓ acquisitione cuiuscũq; forme: siue subalis que dicit generatio simpliciter siue accĩtalis q̃ dr generatõ ſm q̃d ¶ Locus a generatõe ẽ habitudo generatõis ad genitũ: ꝛ ecõuerso a genito ad generationẽ respectu hoz ꝑdicatorũ bonũ ꝛ malũ: vt generatio domus ẽ bona: ergo domus est bona. Generatio furis ẽ mala: ergo fur est malus. Maxia. Cui⁹ generatio ẽ bona: ipm quoq; bonũ est. ꝛ cuius gñatio ẽ mala: ipm quoq; malũ ẽ. Cui⁹ rõ ẽ: qz gñatio et genitum dicũt vnũ et idẽ eẽ. ſz gñatio inptat ipz esse ĩ fieri: qz ſm comẽtatorẽ: motus est forma fluẽs seu in fieri: genitus ꝟo in eẽ pfecto ꝛ cõpleto. ꝛ iõ si gñatio ẽ bõa bonitate q̃ ẽ ex pte ipius geniti ad qõ terminat oꝑtet genitũ eẽ bonũ: ꝛ ecõuerso si genitũ sit bonũ: generatõ erit bona: et si sit malũ: generatio erit mala.

¶ Corruptio ẽ ꝓgressus ab eẽ ad nõ eẽ Et capitur hic progressus ꝓ mutatõe in cõmuni que dicit dependentiã cuiuscq; forme siue substãtialis siue accĩtalis. Locus a corruptõe ẽ habitudo corruptionis ad corruptum. ¶ Circa qõ notandũ ꝙ nõ esse rei ẽ oppositũ ipius eẽ rei: ꝛ ideo corruptio q̃ eẽntialiter imptat ñ esse rei ẽ quodãmodo opposita rei q̃ corrũpit. Non sic generatio opponitur rei q̃ generatur: sed gñatio ꝛ genitũ dicunt

vnum et idem esse rei: vt p̄missum est. ⁊ inde est q̄ arguit respectu diuersoꝝ p̄dicatoꝝ a corruptōe ad corruptuꝫ: ⁊ econuerso: licet in loco a generatōne arguat respectu eiusdem p̄dicati. Añ sic arguit in loco a corruptōe. Corruptio antichristi est bona: ergo antichristus est malus Maxima. Cuius corruptio est bona: ipsum quoq; malū est. Vel sic: Corruptio domus est mala: ergo domus est bona. Maxima. Cuius corruptio ē mala: ipm quoq; bonum est. Ratio hoꝝ patet: q; corruptio dicit non esse rei: nō esse autē boni est malū: ⁊ non esse mali ē bonum. Similiter tenet locus a corrupto ad corruptionem formando eodē mō argumēta: et maximas transponēdo termīos tātum. ¶ Sed cōtra p̄dicta arguit sic: nō sequitur Latro est malus. ergo generatio eius ē mala: q; p̄t stare q̄ habuerit p̄fectam generationem: ꝯ nō tenet locus a generato ad generationē. Item nō sequit Corruptio christi fuit bona: ꝯ christus fuit malus: ꝯ locus a corruptōe ad corruptū nō semper tenet. Respondeo ad primū q̄ accipiēdo malū informiter in generatōne et generato: bñ sequitur: vt si latro sit malus in esse moris: sequitur q̄ generatio ei⁹ inq̄ntū hmōi: siue ī q̄ntū latro fuerit mala. Et sic debēt sumi bonū et malū ad hoc vt hmōi loci valeant. argumentū añt p̄cedit de generatione latronis in esse naē. ¶ Et si arguatur q̄ generatio naturalis latronis fuerit perfecta et bona in esse moris: q; potuit generari a castis ⁊ sanctis parētib⁹? Respōdeo q̄ talis nō generatur a sāctis parētibus inq̄ntū latro: sed inquātū animal vel homo. ¶ Ad secundū dico q̄ licet corruptio christi fuerit bona p̄ accñs siue quo ad nos: nō tamē fuit bona fm se: ⁊ inq̄ntum destructiua christi: ideo ñ fuit bona in ratione corruptōis et p̄ditōnis ad corruptū. In istis añt locis debet argui de bonitate et malicia q̄ cōueniūt p̄ se corruptioni et corrupto.

Be loco ab vsibus.

Vtorius declarat auctor ō loco ab vsibus. Et primo diffinit q̄d sit vsus dicens: q̄ vsus est operatio siue exercitiū rei. Est nāq; vsus opatō quavtimur aliqua re: vt secare est opatio qua vtimur securi vt instrumēto: et equitare est opatio qua vtimur equo. Securis autē seu eq⁹ dicit res vsitata. Locus ab vsibus ē habitudo vsus ad vsitatū: et tenet affirmatiue respectu hoꝝ p̄dicatoꝝ bonū ⁊ malum: vt secare est bonū: ergo securis est bona. Occidere ē malū: ergo occisor est malus. Maxima. Cui⁹ vsus bonus est: ipm quoq; bonum est. et cuius vsus malus ipm quoq; malum ē. Ad non ē intelligendū de bonitate vel malicia simpliciter: sed p̄ comparationem ad ipsuꝫ vsum: et econuerso pōt argui de vsitato ad ipm vsum. ¶ Sed ꝓtra p̄dicta arguitur sic: Non seqtur: vsus legū est malus ergo leges sūt male: q; añs pōt eē verum ⁊ cōsequēs falsū. Potest enī aliq̄s male vti legibus: vt puer tēdo iusticiam ⁊ opprimendo paupes. Item p̄t aliq̄s male vti pane: vt si vtatur pane ad p̄cutiendū ⁊ tamē nō sequit q̄ panis sit malus. Item videt q̄ iste locus nō differat a loco cause finalis: q; finis est illō ad quod res ordinatur: sed vsus ē hmōi respectu rei vsitate: vt equus ordinatur ad equitandū: ergo locus ab vsibus et locus a causa finali erunt idem. Respōdēdo ad primū dico q̄ vsus ad quē sūt leges ordinate ē bonus: sicut et ipe leges. Sunt enī ordinate ad pacem ⁊ iusticiā ꝓseruādam. Si Ad aliq̄s vtatur ipsis puerse: nō vtitur ipis ad illud ad qō sūt institute. vñ talis magis dicit abuti legibus q̄ vti. Ad aliquid dē dicēdū ē de vsu panis. Ad aliō dico q̄ licet vsus possit habere rationē finis: vt dcm̄ est ī p̄cedeñ. isti tamē loci sūt distincti. Non enī ē incōueniēs sup eandē rem diuersos locos fūdari fm diuersas habitudines ibi consideratas: vñ ipa opatio fm q̄ res vsitā est ad ipam ordinata poterit fundare locum a causa finali: fm Ao q̄ est p̄ vtētē

exercitata fundabit locum ab vsibus.

De loco a cõiter accidẽtalibus.

Hinde determinat auctor de loco a cõiter accidentalibus. Talia ẋo sũt duplicia: quedã enĩ aliqñ se ꝓsequũtur: aliqñ non: vt comptus et adulter. Nõ enĩ oĩes compti sunt adulteri: ⁊ ab his nõ sumitur locus dialecticus: sed sophisticus. Alia vero sũt: quoꝝ vnũ necessario cõsequitur alium: licet nõ econuerso: vt delinquere et penitere: et ab his arguit affirmatiue a posteriori ad prius: vt penitet: ergo delinqt. Maxima. Si cõiter accidẽtiũ posterius inest: et ꝑius infuit. Negatiue aũt arguit a priori ad posterius: vt nõ delinquit: ergo non penitebit. Maxima: Si cõiter accñtium prius nõ inest: nec posterius. ¶ Cõtra hoc sic arguitur: christus nõ delinquit: ⁊ tamẽ penituit: cũ pcã nostra in corpe suo portauit sup lignũ. Penitere eñ ẽ penã, tenere: ergo in his non valet argumẽtum negatiue. Itẽ deũ pẽituit hominẽ fecisse: vt habetur in li. genes: ⁊ tamẽ ös nõ delinquit: ergo in his nõ valet argumẽtũ: a posteriori affirmatiue. Respondeo ad argumẽta: Ad ꝓmũ dico ꝙ licet christꝰ penã peccatoꝝ nostroꝝ portauerit: non tamẽ penituit ꝓpe loquẽdo. Penitentia enĩ ꝓpe ẽ doloꝝ volũtarie assumpꝰ ꝑ peccato a se cõmisso. Dicit tamẽ aliquis penitentiã agere ꝑ delicto alterius extenso nomĩe penitẽtie. Ad secũdũ dico ꝙ vbi ẽ locutõ metaphorica. Dicimꝰ enĩ deũ penituisse: qz ad modũ penitentis se habuit delendo opus qõ fecerat.

De locis extrinsecis.

Equitur de locis extrinsecis. tc. Postꝙ auc. determiauit in ꝓcedentibꝰ de locis intrinsecis: hic ꝓsequenter determinat de locis extrinsecis. Est aũt locꝰ extrinsecus: qñ terminus inferẽs est extra eẽntiã termini illati. Et diuiditur ꝑ locum ab oppositis a maiori: a minori: a simili: a ꝓportione: a transumptõe: ab auctoritate. Locus ab oppositis est habitudo vnius oppositoꝝ ad reliquũ. Et diuidit ꝑm quattuor spẽs oppõis. s. oppositionẽ relatiuã: cõtrariã: ꝓuatã: et contradictoriã: de quibus nota ea que dicta sunt in postꝑdicamẽtis. Circa relatiue opposita sciendum ꝙ alius ẽ locus a relatiuis: alius a relatiue oppositis. Locꝰ a relatiuis attẽditur ꝑm habitudinẽ cor relatiuoꝝ adinuicẽ: qz vicz posita se ponũt: et perempta se perimũt: vt dictũ est in ꝑdicamẽto ad aliq̃d: vt si pater est: filius ẽ. si pater nõ est: filius nõ est: ⁊ ecõuerso. Locus ẋo a relatiue oppositis attendit ꝑm repugnãtiã quã habẽt ad eẽ ẽ eodẽ respectu eiusdẽ: vt si sortes ẽ pater platonis: sequitur ꝙ nõ est filius eius. Maxima: Posito vno relatiue oppositoꝝ in vno subiecto ab eodem remouet reliquũ. Hñ relatiue opposita se excludũt mutuo respectu eiusdem.

Sed contra predicta arguit

sic: añs et cõsequẽs sũt relatiua inter se: cũ in omni loco sit habitudo termini inferẽtis ad terminũ illatũ: ergo oĩs locus ẽ a relatiuis. Nõ ergo debet locus iste distingui ab alijs locis. Item nõ sequit: sortes ẽ pater homĩs: ergo nõ ẽ filius homĩs: ⁊ tamẽ arguitur ibi a relatiue oppositis. Respõdeo ad ꝓmũ: ꝙ licet in oĩi loco sit habitudo termini inferẽtis ad terminũ illatũ: nõ tamẽ termini substracti sũt essentialiter relatiui: qõ requiritur ad istum locum. ¶ Ad secundum dico ꝙ ibi nõ arguit a relatiue oppositis: qz sortes nõ dicitur pater et filiꝰ respectu eiusdẽ: sed respectu diuersoꝝ.

Contrarioꝝ quedã sunt mediata: ⁊ quedã inmediata.

Cõtraria mediata sũt illa inter que cadit aliqua forma media eiusdez generis que ꝓticipat vtrunqꝫ extremũ: vt albũ et nigrũ: inter que cadũt rubeũ: viride: croceum: ⁊ alij medij colores. Inmediata aũt dicũtur illa inter que nõ cadit mediũ ꝑm formaz: bñ tñ cadit mediũ ꝑm subiectũ: qõ dicit

medīũ ꝙ abnegationem vtriusq; : vt sanum et egrum: lignũ cñ nec ẽ sanũ nec egrum. ¶Locus a cõtrarijs est habitudo vnius cõtrarioꝝ ad reliquuz: ⁊ tenet affirmatiue. ſ. a positõne vnius ad remotionẽ alterius: tam in cõtrarijs mediatj ꝙ inmediatis: vt sortes ẽ albus: ḡ nõ ẽ niger: sortes est sanus: ergo nõ est eger. Maxima: posito vno cõtrarioꝝ ī aliquo subiecto: ab eodẽ remouet reliquuz: qõ patet: qz cõtraria sũt forme maxime distãtes que vicissim insũt: ⁊ mutuo se expellunt: vt patuit in postp̃dicamentis. In ꝓtrarijs aũt imediatis tenet destructiue: scz a negatõe vnius de aliquo subiecto ad positõnem alterius: vt sortes ñ est sanus: ergo ẽ eger. Maxima: Remoto vno cõtrarioꝝ imediatoꝝ ponit reliquum. Ad hoc aũt duo requirũtur: primo cõstantia subiecti: qꝫ vicz subiectum sit in rerũ natura. Et ideo nõ sequit: antichristus nõ est sanus: ḡ est eger. Secũdo requiritur ꝙ arguat respectu subiecti determinati: qõ vicz sit aptum recipe hmõi ꝓtraria. ⁊ ideo nõ sequit: lignum nõ est sanum: ergo ẽ egrum: qz lignũ nõ est subiectũ aptũ natũ ad susceptionẽ sanitatis vel egritudinis. ¶Sed cõtra p̃dicta arguit de scuto cuius medietas ẽ alba: et medietas nigra: qz nõ sequitur: hoc scutũ est albũ: ergo nõ est nigrum: ergo locus a cõtrarijs nõ tenet affirmatiue. Respõdeo qꝫ añs est falsum: qz tale scutũ nõ est simpliciter album nec simpliciter nigrũ: sed tñ scõm quid.

¶Deinde determinat auctor de ꝓpatiue oppositis quoꝝ vnũ dicit negationez alterius in subiecto apto ad talez formã

¶Circa quod notandũ: ꝙ duplex est ꝓpatio: q̃dã pfecta: alia impfecta. ¶Priuatio pfecta siue ꝓpe sumpta est que ꝓpat habitum seu formam: ⁊ tollit p̃ncipium ꝓximum eius: vt cecitas que priuat visum: et tollit debitam dispõem oculi ad videndum. Ve ista intelligit dictũ aris. in p̃dicamẽtis ꝙ a priuatõe in habitum impossibilis est regressus. Talia ẽ priuatio magis large sumpta: que licz priuet habitũ: nõ tamẽ eiꝰ principiũ corrumpit vt quies est priuatio motus: et tenebra ẽ priuatio lucis: ⁊ ignorantia scientie: Et ab hac bñ ẽ possibilis regressus ad habitũ seu formã quam priuat. ¶Locus a priuatiue oppositis ẽ habitudo priuationis ad habitũ: et ecõuerso. ⁊ tenet affirmatiue: scz a positõne vnius ad negationẽ alterius: vt sortes est videns: ergo ñ est cecus: vl̃ est cecus: ergo ñ est vidẽs. Maxima: ¶Posito vno priuatiue oppositoꝝ remouet reliquũ. Negatiue x̃o nõ tenet nisi cũ cõstantia subiecti ⁊ tempore determinato a natura. Añ nõ sequit: Antichristus nõ est vidẽs: ergo ẽ cecꝰ. qz antichristus nondũ est. Itẽ nõ sequit Catulus añ nonũ diem nõ ẽ vidẽs: ḡ est cecus: qz nõ habz tempus determinatũ a natura ad videndũ. Item nõ sequitur Lapis nõ est videns: ergo est cecus. qz cecitas dicit carẽtiã visus ī subiecto apto nato cuiusmõi nõ ẽ lapis. Non valet etiã argumẽtũ a negatõne actus ad positionem ꝓpatõis qñ priuatio dicit nõ sũ negationẽ actus: sed etiã corruptõnẽ p̃ncipij ipius: et ideo de illo q̃ dormit vel claudit oculos nõ sequit: iste nõ videt actu: ergo est cecus.

¶Consequẽter auctor agit de ꝓtradicti one ipam diffiniẽdo sic: Cõtradictio est oppositio: cuius scõm se nõ est dare medium.

Circa quod notandum ꝙ carere medio aliter conuenit contrarijs inmediatis vel priuatiue oppositis aliter cõtradictorijs. Contraria inmediata licet non habeant medium scõm se siue scõm formam: habent tamen medium per accidens siue scõm subiectum: vt lapis nec est sanus nec eger. Contradictoria vero nullo modo habent medium. ꝓbatur: quia quando aliquid per se ineſt alicui: cuius oppositum sibi non conuenit: nec per se nec per accidens. Sed carere medio ineſt contradictioni per se: vt patet ex eius diffinitione: ergo nullo modo sibi conuenit habere medium. Est autem

duplex contradictio: scilicet propositionū et terminorum: De prima dictum est in primo tractatu: de secunda vero dictum est in postpredicamentis. Terminꝰ enī sumptus cum negatione: et sumptus sine negatione contradicunt: vt homo et non homo. Unde de quolibet verum ē dicere q̄ est homo vel non homo: vt ibi fuit declaratum.

¶ Locus a cōtradictorijs est habitudo vnius contradictorij ad reliquum: ꝛ ponit sumi scōm vtranq; contradictionez. Sed in contradictione propositionum debet argui respectu horum predicatorum verum et falsum: vt sortem currere est verum: ergo sortem non currere est falsum. Maxima: Si vnus contradictoriorum est verum: reliquum est falsum. In contradictione vero terminorum debet argui ab affirmatione vnius ad negationem alterius: vt sortes est homo: ergo sortes non est non homo. ¶ Et notandum q̄ Aristotiles in tertio topicorum ponit duas consequentias circa oppositas: quarum vna dicitur consequēti ad contrariorum alia vero consequentia in proposito. Consequentia econtrario est quando ex opposito consequētis infertur oppositum antecedentis: vt si est homo: est animal: sed non est animal: ergo non est homo. Consequentia autem in proposito est ex qua ex eo q̄ aliquod p̄dicatum affirmatur de aliquo subiecto oppositum predicati affirmatur de opposito subiecti: vt iusticia est virtus: ergo iniusticia est vitium. Si enim oppositum in opposito: et propositum in proposito: hoc est: si oppositum vitij insit opposito iniustitie: vitium inerit iniusticie.

Sed contra hoc arguitur

et videtur q̄ inter contradictoria sit medium: quia ibi est contradictio media: ꝯ ꝛc. Respondeo q̄ licet inter contradictoria sit contradictio vel relatio rationis media: ꝛ sic sit ibi medium scōm rationē non tamen ſm rem. Ipsa etiam relatio rationis non sic mediat inter contradictoria quin de illa dicatur altera pars contradictionis: et non ambe partes simul: est enim ens vel non ens.

¶ Alterius determinat auctor de loco a disparatis. Sūt autem disparata illa que sic habent rationes separatas q̄ de inuicem non possunt verificari: vt homo ꝛ asinus. quantitas et albedo: licet autem talia possent reduci ad aliquam oppositionum predictarum sub nulla tamen earum per se et formaliter includūtur. ¶ Locus a disparatis est habitudo vnius disparatorum ad reliquum: ꝛ tenet affirmatiue: vt Sortes est homo: ergo ē est asinus. Maxima: De quocunq; dicitur vnum disparatorum: ab eo remouetur reliquum. Non tenet autem negatiue: non enim sequitur: non est homo: ergo est asinus. Accidentia etiam in concreto cum de seinuicem verificentur nō sūt disparata: vt album est quantum: sed bñ ē abstracto. Albedo enī nō est quātitas.

¶ Deinde determinat auctor de loco a maiori. Est autem maius illud qō supponitur alteri in potētia vel virtute. minus vero quod supponitur ei.

¶ Locus a maiori ē habitudo maioris ad minus: et tenet negatiue: vt si rex nō potest debellare castrum: ergo nec miles. Maxima: Si illud quod magis videtur inesse et non inest: nec illud quod minus.

¶ Locus a minori est habitudo minoris ad maius: ꝛ tenet cōstructiue: vt miles potest debellare castruz: ergo ꝛ rex. Maxima: Si illud quod minus videt inesse inest. et illud quod magis.

Sed contra hunc locū argu

itur sic: Episcopus nō potest ducere vxorem: ergo nec rusticus: ꝛ tamen arguit a maiori ad minus negatiue. Respōdeo q̄ licet episcopus sit maioris potestatis ꝙ rusticus: tamen illud predicatum ducere vxorez nō magis videtur inesse episcopo ꝙ rustico: imo sibi repugnat. In hoc autē loco non debet argui a maiori ad minus absolute: sed debet argui respectu predicati: quod magis videt inesse vni ꝙ alteri.

¶Consequẽter determinat auctor ō loco a simili. Locus a simili est habitudo vnius similis ad reliquū: ⁊ tenz affirmatiue et negatiue. Affirmatiue sic. Sicut risibile ineſt homī: ita hinibile equo: ſz risibile ē ꝓprium homīs: ergo hinibile equi. Maxima. Si vnū similiū ineſt: et reliquum: vel de similibus idē est iudicium. Negatiue sic. Sicut risibile est hominis: ita hinibile equi: ſz risibile non ē accīs homīs: ergo nec hinibile equi'.

Maxima: Si vnuz similiū nō ineſt: nec reliquū. Et debet argui ꝑ hūc locū de similibus inquātū sūt similia: et nō inq̄ntum sūt dissimilia. ¶Sed cōtra arguiē sic: In loco dialectico inferēs debet esse notius illato: sed vnū simile nō est notius altero: ergo locus a simili nō ē locus dialecticus. maioz ē nota. minoz ꝓbaē: q̄z similia sūt relatiua q̄ sunt simul natura. Reſpōdeo q̄ simile ꝑt capi duplicitē vel formaliter ꝑ relatōe similitudīs: vl̄ fundamētaliter. ꝓmo mō vnū simile nō est notius altero: q̄z similia sunt relatiua equiparātie. Secūdo mō vnum ē notiꝰ ineſſe alicui subiecto q̄ aliud alteri: siē notius ē risibile ineſſe homī q̄ hinibile equo: et hoc mō sumiē locus a simili: ſcz ꝓ fūdamēto q̄ denomīatur a relatōne similitudīs. ¶Tertio aūt mō arguendo a simili fm relationē similitudīs est locus a relatiuis: vt ſortes ē similis platoni: ergo plato est similis ſorti.

¶Insup determīat auctor de loco a ꝓportione dicens q̄ ꝓportio est rerū differētiū simil' habitudo. ¶Circa q̄ notandum q̄ ꝓportio ꝓpe ē habitudo vnius quātitatis ad aliā. ⁊ hec est duplex: ſcz equalitatis: cum ſcz numerus equal' compatur numero eq̄li: vt duo ad duo. Alia est ꝓportio inequalitatis: cum ſcz numeri sūt inequales. Ūñ aliq̄n numerus maioz continet minoꝛē bis: vt ſe habent quattuoz ad duo: et ſic est ꝓportio dupla. aliq̄n continet iꝑm ter: vt ſex ad duo: et ſic ē ꝓportio tripla. aliq̄n ℵo q̄ter: et ſic ē ꝓportio quadrupla: ⁊ ſic ī infinitū: aliq̄n ℵo numerus maioz cōtinet totum minoꝛē numerū ⁊ aliquā ꝑtē eiꝰ ⁊ hoc fit multis mōis. Si eñ totū cōtineat ⁊ mediā ꝑtē eius dicit ꝓportio ſex quialtera: vt tria ad duo. Si aūt cōtineat totū et terciā ꝑtem eius dicit ſexq̄terꝫtia: ſicut quattuoz ad tria. Si ℵo totum et quaꝛtā ꝑtem cōtineat dicit ſexq̄quarta: vt quinq̄ ad quattuoz: ⁊ ſic deīceps: de quo ꝓamplius alꝫ videbitur. ¶Proportio aūt fundatur ſup ꝓportiones: est eñ vt dicit Euclides quīto geometrie ſimilitudo ꝓportionū: et hoc dupliciter: quia vel fm identitatem exceſſus vl̄ fm idētitatem ꝓportionis. ſi ſit idētitas vl̄ equalitas exceſſus dicit ꝓportionabilitas ariſmetrica: vt ſicut ſe habēt ſex a q̄ttuoz: ita octo ad ſex. Sicut eñ ſex excedūt quattuoz in duabus vnitatibus: ſic octo ſex. Si aūt ſit equalitas ꝓportōis: ſic dicit ꝓportionalitas geometrica, eo q̄ maxime valet ad geometricas meſuras. Geometre enī fm eandē menſuraz ꝓportionē mēſurāt: vt ſicut ſex ſe habet ad quattuoz: ſic duodecim ad octo. Sic enī ex ad quattuoz ē ꝓportio ſexq̄alteraꝫ: ſic duodecim ad octo. Est ergo ibi eſſentialitas vel identitas ꝓportōis: non tamē exceſſus: plus. n. xij. excedit. viij. q̄ ſex quattuoz. Sicut aūt ſumitur proportio in numeris: ſic ſuo mō ꝑt ſumi in magnitudinibus. ¶Notandū insup q̄ ꝓportio aliq̄n ſumit a doctoribus ꝓ habitudine rerū eiuſdē generis que ī quadam cōmēſuratōne ꝓſiſtit fm quam exceſſum aliquotiens ſumptū reddit excedēs. ¶Proportionalitas ℵo ꝓ ſimili habitudine rerum alterius generis. Sepe tamē vnū ſumitur ꝓ reliquo. Unde ꝓportio large pōt ſumi ꝓ quacunq̄ habitudīe: vbi etiā cōuenīētia fm analogiam. Locus a ꝓportōne ē habitudo vnius ꝓportionabiliū ad reliquuz: vt ſicut ſe habēt q̄ttuoz ad duo: ita ſex ad tria. ſed quattuoz ad duo ē ꝓportio dupla: q̄ ſex ad tria ē ꝓportio tripla. Maxima De ꝓportionabilibus idem est iudiciū. Et ꝑ hunc locum pōt argui a trāſmutā ꝓportione: q̄z fm Euclidem: Si alique

quãtitates ꝓportionabiles fuerũt ꝑmutate ꝓportionabiles erũt: vt sicut se habẽt quattuor ad duo: ita sex ad tria: igit̃ compando primũ ad tertium: et secũdũ ad quartum: sicut se habẽt quattuor ad sex: sic et ad tria: sed quattuor ad sex est ꝓportõ sexq̃altera: ergo duo ad tria erit ꝓportio sexquialtera. Differt aũt locus iste a loco a simili: qr similitudo ꝓpie dicit cõueniẽtiã in qualitate. Est eñ similitudo rez̃ ꝑtitiũ eadẽ q̃litas: licet possz extendi ad qualitatẽ eeñtialẽ. Ad̃ ỏt auc. q̃ in loco a simili accipit̃ compatõ ꝑm similitudinẽ inherentiũ. Inherẽtia enim ꝓprie repitur in accñtalibus: licz large extẽdat̃ ad q̃litates substãtiales. Inꝺ accidẽtia aũt sensibilio: ẽ qualitas: iõ magis ꝓpriꝺ ipam inherere. ꝓportio autẽ dicit compationẽ quãtitatũ: ⁊ large extendit̃ ad similẽ habitudinẽ quarũcũq; rerũ: vbi etiã nulla ẽ cõuenientia in q̃litate eeñtiali vel accñtali: sz tm̃ ꝑm analogiam.

¶ Ulterius determiat auctor de loco a transumptõne. Est aũt duplex transũptio: Quedã est qñ vna dictio vel oratio significans vnũ transumit̃ ad significandũ aliꝰ ꝓpter simlitudinẽ in eis reptã: vt ridere: qõ significat risum ꝙ os emittẽs trãsumit̃ ad florem: qr vtrũq; ẽ gaudiosũ: et ista trãsumptio ptinet ad sophisticũ. Alia ẽ trãsumptio qñ nomẽ magis notũ sumit̃ ꝑ noie minꝰ notu: vt si ponatur sapiẽs ꝑ philosopho: ⁊ ista ptinz ad dialecticũ. Locus a trãsũptõe est habitudo nomis magis noti ad nomen minus notũ: ⁊ tenet affirmatiue et negatiue: vt sapiẽs currit: ergo pꝺus currit. Maxia Quicq̃d cõuenit alicui sub noie magis noto: cõuenit ei sub nõmie minus noto. Et differt locus iste a loco a nomis inẽptatione: qr ibi accipit̃ diffinitõ nomis: hic aũt nomẽ magis notũ ꝑ minꝰ noto.

¶ Circa qõ notandũ ꝙ ꝑm aliquos iste locus est idẽ cũ loco a nomis interptatione: qr trãsumptio ⁊ transũptũ eãdẽ rez̃ imptãt: sicut interptatio ⁊ interptatum. Alij vo sequẽtes auc. distinguũt locum istum ab illo: qr in loco a nomis interptatione sumit̃ diffinitio nomis q̃ cõuertitur cũ interptato. In hoc aũt loco nomẽ magis notũ sumit̃ ꝑ nomie minꝰ noto: siue imptẽt eãdẽ rem ꝙ ertibilit̃ siue ñ.

¶ Demũ determiat auctor ỏ loco ab auctoritate. Est aũt auctoritas iudiciũ sapientis vel expti in sua arte: vñ auctoris iudicio denotat̃ locus iste. Locꝰ ab auctoritate ẽ habitudo auctoritatis ad illꝺ qõ ꝑ eã ꝓbatur. et tenet affirmatiue: vt pꝺus dicit celũ esse volubile: ergo ẽ volubile. Maxima: Quilibet expto in sua scientia credendũ ẽ. Qõ ẽ intelligẽdum de his q̃ dicũtur ab expto in q̃ntũ expꝰ Et ideo nõ seq̃tur: Aristo. dicit mõm ñ incepisse: ġ mũdꝰ nõ incepit. Nõ enim Aristo. fuit exptus in oñibus dictis suis. Iste aũt locus nõ tenet negatiue. vñ nõ seq̃tur: Aristo. nõ dicit esse decem ordines celestes: ergo nõ sunt. De hoc dicit frater Ocham q̃ locus ab auctoritate ẽ debilis nisi arguatur ab auctoritate illius qui fallere nec falli potest. Et ideo ñ sequitur: Aristoteles dicit hoc: ergo est verum: qr ipe decipi potuit. Nec sequit̃ Astrologus dicit sic: ergo ita ẽ. qr quilibet astrologus decipi et decipe potuit. Multi etiã putãtur experti qui nõ sunt: ⁊ licet habeãt memoriam eoꝝ que viderunt vel audierũt: de his tamẽ certũ iudicium non habẽt. Multi nanq; memoria vigentes habent iudicium valde debile: verumtamẽ qui experti cõmuniter reputantur cum reuerentia exhibenda: ⁊ dicta eorum non spernantur nec reprobentur: nec negẽtur anteq̃ cõstiterit q̃ sint dissona veritati: sed suspensa teneat̃ sententia: siue sint dicta antiquorum: siue modernorum.

Equitur de locis medijs. ⁊c.

Postq̃ auctor determiauit ỏ locis extrinsecis: hic cõsequẽter determiat de locis medijs.

Prius aũt auctor determiat de locis extrinsecis q̃ medijs: qr intrinsecum et extrinsecum opponuntur. Oppositum autem iuxta se positum magis elu-

cescũt. Quid aũt sit locus medicus dictũ ẽ prius: et diuiditur ꝑ locũ a cõiugatis: a casibus: et a diuisione. Coniugata sunt abstractum et cõcretum. Abstractũ ẋo dicit principale: et cõcretũ dicit sũptum qz sumit ab alio: vt album ab albedine. Que dicũtur cõiugata ꝓpter connexionem quã habẽt adinuicem. Significãt eñ licet alio mõ. qz ꝑcretũ significat formam cũ cadẽtia siue inherẽtia ad subiectũ: absolutũ ẋo sine tali cadẽtia.

¶ Locus a cõiugatis tenet affirmatiue: vt albedo ẽ color: ergo album ẽ coloratum. Maxima: si abstractum dicatur de abstracto: et concretuz de cõcreto ⁊ ecõuerso. ¶ Circa qõ notandũ qꝫ hec ñ habet veritatẽ in concretis de genere substantie. Añ nõ seq̃tur: bõ ẽ animal: ergo humanitas ẽ animalitas. Itẽ nõ tenet iste locus nisi in ꝑdicamẽtis ꝑ se. Unde non sequitur: album ẽ quãtum: ergo albedo est quantitas. Notandũ insuper qꝫ abstractũ põt dupliciter considerari. vno mõ vt informat suuz subiectũ. ⁊ dat ei esse: et sic ab abstracto ad concretum ẽ locus a causa formali ad suuz effectum. Alio mõ inquantũ ꝓtinet cõuenit cũ ipso: et partim differt: ⁊ sic sumit ab eis locus a cõiugatis. Casus dicũtur ꝑcretuz cum aduerbio: q̃ dicuntur casus: qz cadunt ab abstracto: vt bonum et bñ a bonitate: licet aũt in coniugatis vnum cadat ab alio: nõ tamẽ ambo a tertio. Locus a casibus ẽ habitudo vnius casuum ad reliquũ: vt iustuz est bonum: ꝯ quod iustum fit bene fit. Maxima. Si concretum asseratur de concreto: et aduerbiuz de aduerbio.

Disputationum alia fit ꝑ negationẽ: vt sortes aut ẽ homo: aut non homo. Alia fit ꝑ affirmationem: et hec fit tribus modis per se: et tribus modis per accidens. Primus modus per se ẽ diuisio generis in suas species vel differentias: vt animalium aliud rationale: aliud irrationale. vel animaliuz aliꝫ bõ aliud brutum. Secundus ẽ diuisio totiꝰ integralis in suas partes. vt domꝰ alia pars est tectum alia fundamtũ. ⁊c. Tertius est nomis in significatões: vt canis alius latrabilis alius piscis marinꝰ: alius sydus celeste. Et notãdum qꝫ licz significata accidant voci ꝓm se cõsiderate vt ẽ quedã qualitas. de tertia specie q̃litatis cõtinẽtur tñ ꝑ se sub ea inq̃ntuz est significatiua.

Disputatio etiã ꝑ accẽs ẽ triplex: q̃daz eñ ẽ subiecti in accẽtia: vt animaliũ: aliud sanum: aliud egrum. Secũda ẽ accidentis in substantia: vt sanoꝫ aliud bõ: aliud brutum. Tercia ẽ accẽtis ĩ accidẽtia. vt sanoꝫ aliud ẽ albũ: aliud ẽ nigꝫ. Et oꝝ hec diuisio ꝑ accẽs: qz mẽbra diuidentia accidunt diuiso: nec ꝑ se continentur sub eo. Locus a diuisione ẽ habitudo vnius diuidentiũ ad reliquũ. et tenet affirmatiue et negatiue qñ diuisio fit ꝑ duo membra inmediata: vt bõ ẽst animal rationale vel irrationale. sed ẽt animal rationale ergo nõ ẽ irrationale. Sortes ẽ homo vel non homo: sed non est nõ homo ergo ẽ homo. Maxima: posito vno cũdiuidẽtiũ inmediatoꝝ in aliquo subiecto ab eodẽ remouẽt reliquũ. ⁊ remoto vno ponit reliquum. Et hꝰ hz ẋitatem qñ vnũ diuidẽtiũ asserit vel negatur de aliquo cõtento sub diuiso. ⁊ iõ nõ sequitur. Lapis nõ est animal rationale: ergo ẽ irrationale: qz lapis nõ continetur sub animali. In diuisione autez que ꝓtinet plura mẽbra bene arguit affirmatiue sed nõ tenet negatiue nisi a negatione sufficienti terminoꝝ ad positionem vnius. vt sortes nec est albꝰ nec rubeus nec viridus. et sic de alijs medijs coloribus: ergo est niger. Et notãduz qꝫ membra diuidentia alicuius diuisionis possunt dupliciter considerari. vnoꝰ ꝓm rationes proprias eorum: et sic sunt oppposita vel dispata. Et ab ipsis sumit locus extrinsecus. Alio modo considerantur inquãtum partim conueniũt cuz diuiso et partim differunt. ⁊ sic faciũt locum a diuisione.

¶ Expliciunt loci dialectici.

Incipiūt fallacie. Syllogismorum. ℟.

Postq̄ auctor determinauit in p̄cedētibus de syllogismo dialectico: hic cōsequēter determinat de syllogismo sophistico. Accuius euidentiam diuidit syllogismum in demonstratiuum dialecticuz et sophisticum. Syllogismus demonstratiuus ē qui ex primis veris ē syllogizatus: aut ex talibus que per aliqua prima et vera principium sue cognitionis sumpserūt. demonstratio enī aliquādo fit ex principijs simpliciter primis que cognoscunt cognitis terminis ita q̄ cognitio eorum non dependet ex alijs priozibus: ꝛ quo ad hoc syllogismus demonstratiuus dicitur esse syllogizatus ex primis veris. aliquando vero demonstratio fit ex p̄ncipijs que non sunt simpliciter p̄ncipia respectu aliquorum: sunt tamē conclusiones respectu principiorum primoꝝ: vt dictum est secūdo capitulo de locis dialecticis. ꝛ quo ad hoc dicit aut ex talib⁹ que per aliqua p̄ma et vera p̄ncipiū sue cognitionis sumpserūt. Talia enī licet non sint simpliciter prima: tamen euidēter possunt demonstrari ex primis principijs. Notādū aūt q̄ in demōstratione propter quid et potissima diffinitio subiecti ē medium ad probandum passionē de subiecto. Et ideo de tali dicit Arist. primo posteriozum q̄ augentur demonstrationes non per media sed in post assumendo et in latus. Cum enim vnius rei sit tantum vna diffinitio quiditatiua nō poterit in tali demōstratione eadem passio pbari de subiecto p plura media Et ideo demōstratōes nō augent seu n̄ multiplicātur p̄ media: sed in post assumendo bene multiplicantur: videlicz sumendo sub minori extremitate: vt si arguatur sic: Omnis substantia corpea animata sensibilis ē cognotabilis. Oñe animal est substantia corpozea animata sensibilis: ergo oñe animal ē egrotabile Et tūc ꝓt multiplicari hec demonstratō sumendo sub animali aliquod inferius sic arguendo Omne animal est egrotabile: oñis homo ē animal: ergo oñis homo est egrotabilis. Potest etiā multiplicari in latus assumendo vicz plures species contentas sub animali: vt equ⁹ est animal: ergo equus ē egrotabilis: et sic de alijs. Per syllogismuz aūt demōstratiuum generatur in nobis scientia. Demōstratio enī ē syllogismus faciēs scire. Hoc autē non intelligitur de sciētia cōmuniter sumpta: que ē apprehensio veritatis qualitercunq̄ se habentis: sed de scientia proprie sumpta: que ſm Sco. in prologo p̄. sen. est cognitō certa absq̄ deceptione vel dubitatōne. de cognito necessario causata a causa euidēte per discursum syllogisticum. hoc apparet ex diffinitione scire primo posteriozum: vbi dicit q̄ scire opinamur vnum quodq̄ simpliciter et non sophistico mō qui est secūdum accidens cū causam arbitramur cognoscere propter quā res ē ꝛ quoniam illius rei est causa ꝛ nō est cōtingere aliter se habere: vbi per illō quod dicitur et nō sophistico modo q̄ ē ſm accidens: excluditur oñis incertitudo et cognitio apparens et ſm quid. Per h⁹ aūt q̄ dicit arbitramur cognoscere causam rei designatur noticia euidens p̄ncipiozum. Per hoc autē q̄ dicitur ꝛ q̄ nia illi⁹ est causa denotat applicatō p̄ncipioꝝ ad cōclusiones p discursū syllogisticū. Per hoc āt q̄ dicit: nō ꝓtingit aliter se hr̄e notat necessitas cōclusiōis: vbi est necessaria ꝓnexio p̄dicati ad subiūm: ꝛ sic est īmutabilis vitatis quātū ad eē q̄ditatiuū ꝛ specificū qō abstrahit ab exīstia q̄ ō se ē variabil'. ex q̄ infert pbs q̄ demonstratio p quā gnat scia ē ex p̄mis īmediatis priozib⁹ notiozib⁹ causalib⁹ cōclusiōis Per p̄ma itelligit p̄ncipia q̄ sūt inmediata: et ppōes p se notas non indigētes p alio pbari: q̄ sūt priores nā ꝛ notiores ipa cōclusiōe cū depēdeat ab ipsis.

Syllogism⁹ dialectic⁹ ē q̄ ex pbabilib⁹ est syllogizat⁹. Sūt aūt pbabilia q̄ videtur oñib⁹ aut plib⁹ aut sapiētib⁹. Alīq̄ nāq̄ apparēt vra oīb⁹: vt q̄ oīs mr̄ diligit filiū, aliq̄ vro n̄ oīb⁹ sz plib⁹: vt q̄ om

nis homo desiderat scire. Alia vo sapientibus solū: vt q̄ sol sit maior tota terra. ℣er syllogismum autē dialecticum generatur opinio qua quis adheret alicui parti contradictionis cum formidine de oppositō: et licet iste syllogismus aliquādo ꝓcedat ex necessarijs sicut demōstratiuus: non tamē ex euidenter notis.

¶ Syllogismus sophisticus est q̄ apparet esse syllogismus: et nō est. vel qui ē syllogismus: sed non ē conueniens rei. In hac diffinitione ponuntur due ptes ℣rima ē q̄ syllogismus sophisticus apparet esse syllogismus et non est. In q̄ denotatur syllogismus peccās i forma. Talis enī non ē syllogismus: qz in ipo non seruatur forma syllogistica ꝑm debitum modum et figuram: vt homo est species: sortes est homo: ergo sortes est species. Secūda pars huius diffinitōis est q̄ syllogismus sophisticus ē qui est syllogismus: sed non conueniens rei.

In quo tangitur syllogismus peccans in materia quādo vicz aliqua p̄missaruz est falsa: Talis eñ licet sit vere syllogismus: qz in debito mō ⁊ figura: nō tamē est conueniens rei. qz nō ꝓcedit ex probabilibus realiter sed tantū apparēter. vt omnis homo est species: sortes ē hō: ergo sortes est species. Aliquis vo syllogismus peccat in vtroq̄: vicz in materia q̄ i forma: vt oñis homo ē animal: nullū risibile est hō: ergo nullū risibile ē animal.: qui quidem peccat in materia: quia minor ē falsa: et in forma: qz disponitur in prima figura: in qua minori existente negatiua nihil sequitur.

¶ In p̄senti igitur tractatu agitur de syllogismo sophistico quantū ad eius compositionem et solutionem qui dicitur tractatus fallaciarū. quia sophista per huiusmodi syllogismum intendit fallere respōdentem. Et est iste tractatus vtilis: quia non potest malū euitari nisi cognoscatur. ℣er huiusmodi nanq̄ tractatū potest studiosus deprehendere omnes defectus argumentorum peccātū in forma in quacunq̄ materia fiant. Dicitur etiā de syllogismis sophisticis elēchis: id est apparentibus et non existentibus Verus enī elenchus est syllogismus cōtradictionis conclusionis. Sophista autem non vere sed apparenter tñ infert contradictionem conclusionis respōdētis. Dicit quoq̄ syllogismus sophisticꝰ apparens ⁊ nō existens: non q̄ sit ñ ens simpliciter: sed q̄ non ē talis qualis apparet esse. Apparet eñ esse dialecticus et non est: sicut auricalcum licet sit aliq̄ ens existens: non tamen est auruz quod apparet commune.

¶ Notandum insuper q̄ licet habit⁹ logice qui docet compositionem syllogismum sophisticum et ipsū soluere sit habitus scientificus: Sophista tamen ꝑm ipsum non est sciens: quod est intelligēdum quātum ad habitum generatum ꝑ syllogismum sophisticum ℣er ipm eñ non generatur habitus scientificus: sed talis syllogismus ordinatur ad decepti onem respondentis ⁊ apparentem sciētiam opponentis. ¶ Item notandum q̄ ad syllogismum sophisticum potest reduci syllogismus falsigraphus: qui scz procedit ex principijs alicuius scientie male intellectis. exemplum. principiuz est in geometria: circulus est figura plana vnica linea contenta: in cuius medio est punctus: a quo oñes linee ducte ad circumferentiam sunt equales. Si igit aliquis ab illo puncto qui dicitur centrum circuli ducat duas lineas ad circūferentiā vnā recte et aliā tortuose: ⁊ arguat sic Oñes linee ducte a centro circuli ad circūferētiā sūt equales: linea recta ⁊ curua sūt hmōi: ergo sūt eq̄les: tal facit syllogismū falsigrafum: ꝓcedēdo ex illo p̄ncipio male intellecto. Illō eñ principium intelligit in lineis rectis: et ipe arguit ex vna linea recta et alia curua. qz vo syllogismus ē instrumentū disputationis: syllogismus q̄dē demōstratiuꝰ ē instrm disputatōis: doctrial. dialectic⁹ āt disputatōis dialectice tēptatiue: ⁊ sophistic⁹ disputatiōis sophistice: iō auc. ꝓuenienter ꝺscribit disputatōz ꝺ.

¶ Disputatio est actus syllogistic⁹ vni⁹ ad alterū ad ꝓpositum ostendendum.
¶ Circa quod notandum ꝙ alr disputatio est actus syllogisticus siue factus ꝑ syllogismum: et alr est actus vni⁹ ad alterum: seu opponētis et respondētis. Est eñ actus syllogismi vt instrumenti per quod fit disputatio: ⁊ ē actus proponentis et respōdentis: vt efficientis p̄ncipalis: ⁊ talis actio ordinatur ad ꝓpositum ostendendum seu aliquid concludēdum ſm quattuor fines ad quos ordīat iurta eius quattuor species: que sūt doctrinalis: dialectica: tēptatiua et litigiosa seu sophistica. Disputatio doctrinal' est que ex ꝓbabilibus p̄ncipijs alicuius scientie syllogizat. et nō ex his que videntur respondenti. Cum eñ doctrinal' sit generatiua habitus scientifici ꝑ syllogismum demōstratiuum oportet ꝙ procedat ex p̄ncipijs scientie que gñatur si ue videātur siue non. Eñ ipm addiscentem oportet credere mgr̄o docenti.
¶ Disputatio dialectica est que ex ꝓbabilibus et collectiua cōtradictionum. ꝑcedit nanq̄ ex probabilibus: qz ordinat ad generandum opinionem que generatur ex probabilibus: ⁊ sic ē collectiua cōtradictionum: qz ex ꝓbabilibus pōt argui ad vtranq̄ ꝑtem cōtradictōis: et licet huiusmōi disputatio non possit generare opinionem de duobus ꝓtradictorijs in eodez tempore ⁊ respectu eiusdē qz nullus pōt simul cōtradictoria opinari: bene tamē potest in diuersis temporibus et etiam in eodez tempore respectu diuersoꝝ. Dicit etiam collectiua contradictionum: qz pōt causare dubitationez de vtroq̄ contradictorioꝝ: licet aūt disputatio dialectica ordīnetur ad generādum opinionem ex consequenti: tamen ordinatur ad disciplinam vel scientiam ad quam opinio disponit.
¶ Disputatio temptatiua est que ex his que videnť respondenti syllogisat: et q̄ necesse est illuz scire quoꝝ se simulat habere scientiaz. Cum enī talis disputatō sit ad habendū experientiam de sciētia respondentis: ⁊ hmōi experientia sumatur arguēdo ab his que videntur respōdenti: oportet in hac disputatione ꝓcedere ex his que sibi sunt ꝓbabilia: siue sint vere ꝓbabilia siue apparēter. Ex q̄ patet ꝙ nō solum syllogismus dialecticus ſz etiā sophisticus pōt esse instrumētum disputatōis. Et qz in qualibet scientia p̄supponūtur p̄incipia cōmunia ⁊ ignotātem cōmunia: necesse ē ꝓpria ignorare: iō hec disputatio habet fieri ex p̄ncipijs cōmunibus que necesse est illum scire qui habet aliquam sciētiam si etiā examen fiat in ꝓprijs oportet etiā tentandum scire ꝓpa.
¶ Disputatō sophistica est que ex apparenter probabilibus syllogizat. Cuius ratio est: qz ipa fit ad generandum apparenter scientiam in opponente: ⁊ decep tionem in respondente. Quod habet fieri ꝑcedendo ex apparentibus: ⁊ ordīatur ad quinq̄ metas: de quibus cōmuniter dicetur. Talis etiaz disputatio dicitur litigiosa ꝓpter commotionē ad irā et rixam. ¶ Et notandū ꝙ iste quattuor species non sunt ꝓprie species disputationis: sicut nec syllogismus sophistic⁹ peccans in forma ē species syllogismi. qz ratio seu diffinitio syllogismi sibi nō cōuenit: quare non est ꝓpe syllogism⁹: sed paralogismus seu apparēs syllogismus: Sic etiā diffinitio disputatōis nō conuenit disputationi sophistice. dicuntur igitur species large et modi seu manerie: et licet non sint nisi tres species syllogismi ſm triplicem materiaz syllogismi. Syllogismus enī demonstratiu⁹ ꝑcedit ex necessarijs et euidentibus. Dialecticus aūt ex ꝓbabilib⁹. Sophisticus ẋo ex apparētibus. ¶ Ponūtur tñ quattuor spēs disputatōis iurta ei⁹ ḡttuor fines. Disputatio enī doctrinalis ordinatur ad generandum scientiam: Dialectica ad opinionez. Temptatiua ad scientiam experiendā in respōdēte: ⁊ sophistica ad apparentem sciam oppo nentis et deceptionem respondentis: licet autē apparens scientia sit finis p̄nci-

palis sophiste: sūt tamē alij quinq; fines minus principales ordinati ad illū finē Sophista eñ non ducit aliquem ad illos fines minus principales: nisi vt appareat esse sapiens: et illi fines dicūtur methe. Est aūt metha inconueniens ad quod opponens sophista nititur ducere respondentem: quod quidem dicit metha trāsumptiue. Metha eñ ꝑpe dicta est terminus alicuius spacij: et dicit de metior: metiris: q; ꝑ tales terminos metitur quātitatē agri vel alicuius spatij. Metha igit disputatōis sophistice ē terminus vltra quem non procedit disputatio sophistica: sed ipo habito cessat disputatio: et sunt quinq;: scz redargutio: falsū: inopinabile: soleocism⁹: ⁊ nugatō

¶ Redargutio ē ꝓnegati concessio: ⁊ ꝓconcessi negatio vi argumentatōis: ⁊ in eadem disputatione. ⁊ dicit in argumētationis: q; si aliq̄s volūtarie sustineat cōtradictoria: non ꝓpter hoc dicitur redargutus. Si etiam in diuersis disputationib⁹ hoc fiat: non ꝓpter hoc reducit ad methā redargutōis: q; nō ducitur ad inconueniens apparens astantibus.

¶ Falsum ē manifeste falsi cōcessio: vt si concedatur ignē non esse calidum. vñ licet sophista ducat respondentē ad falsum occultū: nō ꝓpter hoc ducit ad methā falsi: vt si faciat sibi concedere q; sol sit minor tota terra.

¶ Inopinabile ē quod contra opinionē omniū aut plurium: ⁊ maxime sapiētiuz vt matrē nō diligere filium. ⁊ hec dicit metha a metha falsi: q; licet omne manifeste falsum sit inopinabile: nō tamē omne inopinabile ē manifeste falsum: imo multa inopinabilia que scz sūt cōtra opinionē plurium sūt vera: vt patet in theologia et philosophia de opinione cōmuni et opinione doctoris subtilis.

¶ Soleocismus ē vitiū in oratione contra regulas artis grāmatice factum: vt si aliquis ducat ad concedēdū istam: vir mea: sponsa meus: ducit ad methā soleocismi: et ptinet ad grāmaticū inq̄ntum dicit incongruitatem orōis: ad locū aūt inquātū impedit veritatem propositōis.

